



**S. Caecilii Cypriani Carthaginiensis Episcopi, Totivs  
Africae Primatis Et Gloriosissimi Martyris Opera**

**Cyprianus, Thascius Caecilius <Heiliger>**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

Epistolæ scriptæ sub pontificatu Cornelij & Lucij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80176](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80176)



12. Accessit hic] Antea erat: hinc, corrupte: Manus autem & Morelio consentiunt Ms. codices.

13. Sicut illi Susannam pudicam corrumpere & violare conati sunt] Citat hic Susannae historiam ex Danielis cap. 13; infra quoque Epistolam ad Thiburtianos, & lib. de orat. Dominica, ex eodem Belis historiam; quod adnotandum contra eos, qui utraque rejicere audent tanquam apocrypham. verum de hoc ibi latius.

14. in Ecclesiam] Rursus hic errorem Remboldi sequutus est Erasmus legens: ecclesia, nam in veteri excussio & Ms. omnibus priori modo legitur.

15. Aliud altare constitui, &c.] Similiter alibi loquitur frequentis phrasia etiam usitata Optato Milevitano contra Parmenianum, vide autem de hac re latius libro de unitate ecclesiae infra tom. 2.

16. Procul ab huiusmodi hominum contagione discedite.] Veritas Schismaticorum & hereticorum contubernium. Alludit autem ad illud Pauli 1. Timoth. 3. & sermo fororum in cancer script. Adfert autem in confirmationem dicti sui loca Apostoli 1. Timoth. 6. & Ephef. 5. Similia scriptura loca habes 2. Tim. 3. ad Titum 3. 2. Ioan. 1. & Matth. 18.

17. intercedant precibus vestris] Clarior hoc dixit infra dicta Epistola lo. intercedant ne rogetur Deus, intercedant ne exortetur precibus & satisfactionibus Christi, h. a. impediunt, uti supra diximus epistola xxxij.

18. Secundum vestra iussagia, nunc] Verba hac recens adiecta sunt a Manutio & Morelio in ceteris omnibus desiderata.

19. Rursum mandatum Dei] Locum est Marc. 7. Quod autem Graece est ἀδελφά, recte venit, reuocatis. Pulchre autem explicat tribus, quod a nunc, verbis hunc locum, non de quibusvis traditionibus, sed illis dumtaxat quibus mandatum Dei reuocatur: Nam traditiones ecclesiasticas procul est ut reuocet, quin potius (ut si quis quibusque locis adnotauimus) eas confirmet & obseruet, quod de illis observationibus, quas sola traditio non scripta receptis tradit Tertullianus de corona militum comprobare, forte non difficile, infra etiam epistola xlii. multis commendat traditionem unitatis ecclesiae; verum latius hac de re infra epistolam ad Pompeium.

20. ab omni spe salutis auertat] Hinc collige fasuisse quoque hos presbyteros heresi Nouatiana, de qua infra latius epistola ad Antonianum.

21. supore elatus est] Grace est ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, quare non male diuinasse mihi videri Erasmus: dum suspicatur sic legendum, timore elatus, quauis tamen nihil immutari sim ausus, eo quod Ms. codices vulgatae lectionem retineant, praesentem quoniam infra epistolam 47. sic loquitur: supore superbi timoris inflatus. & alibi eodem modo hic locus citetur.

22. discedendum ab huiusmodi] Ita prois lego, eo quod sic legitur infra epistola 73. nisi forte male quid d. dedit, ut noua periodus sit.

23. super filios contumaciae] Accedit hac lectio magis ad vocem Graciam ἀρετῆς, quae magis a susceptione (teste D. Hieronymum) quam a fiducia derivatur, unde & ipse existimat verendum de verbo ad verbum: infusibilis, quod cum unitatiae conuenit. Porro eodem modo quo hic Cyprianus, interpretatur etiam D. Hieronymus, verba inania, quibus nempe blandiri videntur peccantibus, sed dum fiduciam falsam tribuunt, eos perimunt, ne qui deliquit. Sic recte Ms. cod. Et Manutius cum Morelio, pro eo quod erat corruptis, ne cui promittit.

24. Nunc est fratres] Sic Ms. codices & Manutius, ceteri excussio omnes: nunc curandum est, priori phrasi vititur Cyprianus frequenter.

25. & si qui] Sic locum hunc restitui ex vulgata lectione & Aldina, illa enim habebat, & si. Manus, & qui. Ms. codices accedunt quam proximae, dum legunt: & si aliqui.

26. & extrema] Additum est hoc a Manutio, videtur autem hic pacem Ecclesiae vaticinari, nam, uti promittit interfuisse illum concilio Episcoporum post Pascha, satis constat epistola infra lo.

27. ut recedentes vobis] Representari hic accipit pro praesentem se offerre, alia significatione quam supra, quomodo etiam epistola ad Lucium.

28. in Felicissimi] Sic Manus, & Morelius. Ms. vero & ceteri excussio, ad Felicissimi, pro quo antea correxisse Erasmus sequutus errorem Remboldi ad infelicissimi.

# EPISTOLAE SCRIPTAE SVB PONTIFICATU CORNELII ET LUCII.

## CYPRIANI AD CORNELIVM quod ordinationem Nouatiani non receperit.

### EPISTOLA XLI.

ARG. Acceptis Cyprianus ab utraque parte, tum Cornelii, tum Nouatiani, litteris; missos legatos qui Nouatiani ordinationem in Pontificem Romanum notam facerent, communionem suam, prospectu eorum dolus, statim repulsi; nondum tamen Cornelii ordinationem litteris approbavit. Verum postea aduentu Pompei & Stephani collegarum suorum certior factus de legitima eius lectione, his litteris nunciat Cornelio, se ordinationem Nouatiani non recepisse. Praeterea autem discretis verbis huius Epistolae mentionem Epistolae se-

quenti. Unde manifestum, primam hanc esse Epistolam quam ad Cornelium scripsit. Quo tempore autem scripta sit, an in secessu, an post reditum, latius in vita ipsius.

## CYPRIANVS CORNELIO FRATRI Salutem.

VENERUNT ad nos frater charissime, missi a Nouatiano<sup>3</sup> Maximus presbyter<sup>4</sup> & Augendus diaconus, & Machaeus quidam, & Loginus. Sed enim cum ex litteris quas secum ferebant, & ex eorum sermone atque assuefactione<sup>6</sup> Nouatianum Episcopum factum, cōperissemus, illicita & contra Ecclesiam Catholicam facta ordinationis prauitate cōmoti, a cōmunicatione eos nostra statim cohibēdos esse censuimus, refutatis interim ac refulsis, quae obstinate ac pertinaciter asserere rē: abāt. Nā & ego & collegae plurimi, qui ad me cōuenerant, expectauimus aduēctum collegarum nostrorum<sup>8</sup> Caldonij & Fortunati (quos ad te nuper, & cōepiscopos nostros, qui ordinationi tuae affuerāt, legatos miseramus) ut eis aduēctantibus, & regebat<sup>9</sup> veritatē reportantibus, maiore auctoritate & elucidata per eos probatione, partis aduersae improbitas frāgeretur.<sup>10</sup> Superuenerūt vero Pōpeius & Stephanus collegae nostri, qui & ipsi quoque ad instruendos illic nos manifesta, secundum grauitatē ac fidē suam, indicia ac testimonia protulerunt, ut nec necesse fuerit audiri ultra eos qui a Nouatiano venerant missi.<sup>11</sup> Qui cū in statione inuidiosis quoque conuicijs & clamoribus turbulentis prouerent, & flagitarent, ut crimina quae se afferre ac probare dicebāt, publicē a nobis, & a plebe cognosceretur; grauitati nostrae negauimus cōuenire,<sup>12</sup> ut collegae nostri delecti & ordinati, & laudabili multorum sententia comprobati, ventilari ultra famā ore maledico & emulantū voce pateremur.<sup>13</sup> Et quia, quibus refutati & compressi sunt, & illicitis conatibus haeresim fecisse nuntiati sunt, in epistolam cōgerere longum fuit,<sup>14</sup> ex Primittio cōpresbytero nostro plenissime singula, quando ad vos venerit, audietis. Ac ne eorum furens audacia vnquā desisteret, hic quoque in scissimatis partibus Christi membra distrahere, & Catholicae Ecclesiae corpus vnum scindere ac laniare nitantur; ut ostiatim per multorum domos, vel oppidatim per quasdam ciuitates discurrentes, obstinationis suae, & erroris scissi sibi quaerant comites. Quibus semel responsum dedimus, nec mandare desistimus, ut perniciofa diffensione & concertatione deposita, impietatem esse sciant, matrem deferere: & agnoscant atque intelligant, Episcopo semel facto, & collegarum ac plebis testimonio & iudicio comprobato, alium constitui nullo modo posse: proinde si pacifice sibi ac fideliter cōsuleris, si assertores Euangelij Christi esse confitentur, prius ad Ecclesiam reuertantur. Opto te frater charissime semper bene valere.

## ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XLI.

1. Venerunt ad nos fratres carissimi.] Quomodo fratrem hic appellet Romanum Pontificem, & alibi collegam, latius dicimus supra Epistola iij. Loquitur autem de legatis ad se missis a Nouatiano, qui illius ordinationem significarent. Eritque eorundem mentio epistola Cornelii infra num. xlii.

2. Nouationo] Erat hic Nouatianus Ecclesiae Romanae presbyter, & inter primos, capite qui (ut constat ex Epistola ad Antonianum) cum Moysē & alijs subscripserit Epistola Cleri Romani, quam habes supra num. xxxi. Hic autem primum in Ecclesia scissima concitauit. Nam Cornelio a maiori Cleri parte Episcopi compluribus praesentibus legitime iam electo, ipse factione Nouati presbyteri Africani, in suas partes simulatione quadam sanctitatis proiicit, confisores quosdam, etiam primos in clero, Maximum, Nicofratrum, Sydonium, Urbanum, & Macharium & tandem Pseudepiscopum factus est, uti ex epistola hac & aliquot sequentibus perspicuum fit, in quibus plura de illo, prout sese offeret occasio.

3. Maximus presbyter] Quamquam infra ex Epistola xliij. manifestum sit, Maximum confesorem Romanum Nouatiano concessisse, alium tamen esse hunc Maximum, satis patet infra Epistola lo. Vixit quum ipse in pseudepiscopum ordinatus sit, ille vero statim ad mentem reuertitur. Fit autem huius legati etiam infra mentio Epistola xlii.

4. & Augendus diaconus] Vti Epistola xxxvij. diximus, idem

vide-



videtur iste augendus, cuius in illa & xxxix. epist. mentio, una cum Feliciſſimo abſentis à Cypriano & ſuis collegiſ.

5. & Machæus quidam [ſic Ms. cod. Camb. Afflig. Dun. March. & Cauchij, vetus quoque excuſus, & excuſi omnes infra epist. xlvij. pro quo (quod habebat Remboldus) remanſit hæcenus in excuſis omnibus. Machæus. Manutius vero & Morelius legunt: Machæus, ſed prima lectio placet magis.

6. Nouatianum Episcopum factum] De ordinatione hac illicita Nouatianus in Episcopum Romanum (nam hoc peculiare habet Cyprianus, ut Roman. Pontificem ſimpliciter Episcopum nominet, ut infra patet) ſic loquitur Cornelius epist. ad Fabium Episcopum Aſiaticum, citata ab Euſebio libr. 6. Eccleſ. hiſt. c. 33. Cum ſemper fratribus iurare ſit ſolitus (inquit) Episcopatum ſe omnino non cupere, ſubito & improbitus, velut nouum plama, Episcopum apparuit, ſcilicet qui diſciplinam & ſtatuta Eccleſiaſtica vindicabat, etiam Episcopatum, quem non à Deo acceperat, præſumebat. Tribus namque Episcopis ſimpliciſſimis hominibus & omnium ignavis, de remota Italia parte adhibitis, imo potius ſubtili ad eo circumuentione deceptis, imaginaria magis quam legitima extorquebat ad his manus impoſitionem. Hæcenus ille interprete Ruſſo. Nicophorus autem id clariſſe ſic explicat. Eius in concluſi cœluſi, quidam ex eius ſodalitate, per animorum crapula & ebrietatis grauedine vim aſſeruit, & imaginaria manu impoſitione Episcopale dignitatē homini conferre cogit. Quorum uterque tamen & ſic etiam Socrates uicinitate nominis ſuſci, Nouatum illum vocant non recte. Nā eſt tunc ex Cypriano, epistola poſitiſſima xlvij. ubi tam Nouati quam Nouatiani celerat recet. ſet tunc ex Corneli epistola prima in tomo. Concil. non Nouatum, ſed Nouatianum Romanum Episcopum factum. Quin quod ipſe Euſebius in Chronico & Nouati & Nouatiani meminit in hac uerba: Nouatus præbyter Cypriani Romanus ueniens, Nouatianū & ceteros conſeſſores ſibi ſociat, eo quod Cornelius penitentes Apoſtatas recepiſſet, uerbo deſumptis ex dicta Epistola. Corneli. Atque hinc ſit uerſimile, mendoſe legi tum apud Euſebium tum apud Socratem, & Nicephorum Nouati nomen pro Nouatiani, præſertim quum Freculphus Episcopos Lexouienſis in Chronico ſuis, Epistolam, quam Dionyſius Alexandrinum ad Nouatum ſcripſiſſe aſſerit Euſebius, ad Nouatianum ſcriptam dicat, tum in hac inſcriptione: Dionyſius Nouatiano fratri ſalutem. Sicut legunt etiam ante eum D. Hieronymus catalog. uirorum illuſtrium, & Sophronius in Græcia ſua illius translatione. Quum igitur ea ætate ita legerent D. Hieronymus & Freculphus, ego ita quoque ſcriptum ab Euſebio non dubito.

7. Nam & ego & collegæ plurimi qui ad me conueniant] ſic Ms. codices, quare rurſus in locum ſuum reſtituimus: nam, omiſſum à Manut. Videtur autem hinc colligi ſcriptam hanc Epistolam poſt reditū Cypriani, utpote quum conuentus Episcoporum meminerit, qui illis non permittēbatur perſecutionis tempore.

8. Caldonij & Fortunati] Caldonij ſupra frequē ſit mentio, quos Fortunatus autem fuerit, infra latius Epistola liij. ſit uerſusque etiam mentio epistola ſequenti, & xlv.

9. Superuenerunt uero Pompeius & Stephanus collegæ noſtri] Vel hinc patet primam hanc eſſe Cypriani Epistolam ad Cornelium, nam huius meminit epistola ſequenti in hac uerba: Acceptis literis tam tuis quam collegarum, item adueniantibus bonis uiris & nobis chariſſis collegis noſtris Pompeio & Stephano, à quibus hæc omnia nobis cum læticia communis adſiderata ſunt ſortiter & probata; ſecundum quod diuine traditionis & Eccleſiaſtica inſtitutionis ſanctitas ac pariter ueritas exigebat, literas noſtras ad te direxerimus. Porro de Pompeio infra Epistola ad illum ſcripta num. lxxvij. Stephanus autem quo loco Episcopatum geſſerit, non poſſum reperire, nam Synodus Carthaginienſis non interſuit.

10. Qui cum in ſtatione] Quod hic ſtationem, epistola ſequenti (ubi idipſum repetit latius) cœcū ſine conuentum dicit. Stationem autem (uti ex Tertull. colligere eſt lib. de coron. milit.) non quemlibet conuentum Eccleſiaſticum, ſed eum qui Dominico die ſiebat, uocabant ueteres, unde die ſtationum vocabatur. Metaphora ſumpta à militibus, qui dum præſidium certo loco collocant, ſtationem facere dicuntur. Ita & Chriſtiani nunc in hac baſilica, nunc in alia, nonnunquam & apud Martyria, id eſt, (ut recte adnotauit Rhenanus) Martyrum ſepulchra, diebus Dominicis conueniebant, Deum ſtantes precabantur, Sacrificio intererant, & corpus Domini (teſte Tertull. lib. de orat.) accipiebant. Si quid denique difficultatis occuſſet, in eo conuentu tractabatur. Unde ſiebat, ut (eodem teſte lib. de ieiunio) nonnunquam ſtationes in ueſperam uſque producerentur. Porro Manutius hic recens adiecit particulam: in, qua tamen deſideratur in Ms. noſtris omnibus.

11. ut collegæ noſtri iam delecti & ordinati] Electio & ordinatio Cornelij qui conſcribit, unde infra Epistolam ad Antonianum.

12. Et quia, quibus reſutati ſunt] Pro hoc uſum errore Rimboldi interpretat: & qui à quibus, nam uetus excuſus & Ms. Afflig. Marchin. Dun. hoc pacto legunt Camb. & Cauchij cod. legunt: & quia à quibus, ſed minus placet.

13. ex primitiuis compresbytero noſtro] Per Primitiuum miſſam hanc Epistolam inſinuat, & quo plura coram intelligeret Cornelius. Euſeſe autem præbyterum Carthaginienſem, mihi ſit uerſimile, eo quod paulo poſt Roma reuerſus literas Cornelij ad Cyprianum attulit, quibus reſpondet infra Epist. xlvij.

14. Collegarum ac plebis teſtimonio & iudicio] Teſtimonium ad plebem, iudicium ad collegas referendum eſt, neque enim iudicium plebi tributum uſum docetur infra latius epist. lxxvij.

(\*)

## AD CORNELIVM DE ORDINATIONE eius à ſe comprobata & Feliciſſimo

### EPISTOLA XLII

ARG. Excusat ſe Cyprianus, quod indubitam fidem non habuerit ordinationi Cornelij, priuſquam ad ſe peruenirent literæ collegarum Caldonij & Fortunati, quibus illa legitima fuiſſe comprobatur: idque ob contrariam Nouatiane partis factionem. Obiter repetens: quod illi ſtatim in ipſis primordiis non adhaſerit, ſed potius Cornelio, uſque adeo, ut criminationes contra hanc ſuſcipere deſtinet.

### CYPRIANVS CORNELIO FRATRI Salutem.

QVOD ſeruus Dei & maxime ſacerdotibus iuſtis & paſſificis cōgrediebatur, frater chariſſime, miſeramus nuper collegas noſtros Caldonium & Fortunatum; ut non tantum perſuaſione literarum noſtrarum, ſed præſentia ſua & conſilio, omnium ueſtrum emiteretur, quātū poſſent, & elaborarent, ut ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem ſciſſi corporis membra componerent, & Chriſtianæ charitatis uinculum copularent. Sed quoniam Eccleſiæ partis obſtinata & inflexibilis pertinacia, non tantum radicis & matris ſinum, atque complexum reſcuiſſet, ſed etiam gl̄icēte & in peius recrudefcente diſcordia, Episcopum ſibi conſtituit, & contra ſacramentum ſemel traditum, diuine diſpoſitionis & Catholicæ unitatis, adulerum & contrarium caput extra eccleſiam fecit: acceptis literis tam tuis, quam collegarum noſtrorum, item aduentantibus bonis uiris, & nobis chariſſimis collegis noſtris Pompeio & Stephano, à quibus hæc omnia nobis cum læticia communis adſiderata ſunt ſortiter & probata, ſecundum quod diuine traditionis & Eccleſiaſtica inſtitutionis ſanctitas ac ueritas exigebat, literas noſtras ad te direximus. Sed & per prouinciam noſtram hæc eadem collegis ſingulis in noſtram perſerentes, ab his quoque fratres noſtros cum literis dirigendos eſſe mandauimus. Quamquam meſtra & propoſitum iam tunc fratribus & plebiſtic uniuerſæ manifeſtatum fuiſſet, quando literis nuper ab utraque parte ſuſcepſis, tuas literas legimus, & Episcopatus tui ordinationem ſingulorum auribus intimauiſſimus. Honoris etiam communis memores, & grauitatis ſacerdotalis ac ſanctitatis reſpectum tenentes, ea quæ ex diuerſo in librum ad nos tranſmiſſum congeſta fuerant, acerbationibus criminosis, reſpuimus; conſiderantes pariter & ponderantes, quod in tanto fratrum religioſoque conuentu, confidentibus Dei ſacerdotibus & altari poſito, ne clegi debeant, nec audiri. Neque enim facile promenda ſunt, & incaute ac temere publicanda, quæ diſcordioſo ſtylo ſcripta audientibus ſcandalum moueant, & fratres longe poſitos ac trans mare conſtitutos incerta opinione confundant. Viderint qui uel furori ſuo, uel libidini ſeruiētes, & diuinæ legis ac ſanctitatis immemores, iactitantes interrim geſtiunt quæ probare non poſſunt; & cum innocentiam deſtruere atque expugnare non ualeant, ſatis habent fama mendaci, & falſo rumore maculas inſpergere. Certe & præpoſitis & ſacerdotibus cōgruit, danda opera eſt, ut talia cum à quibusdam ſcribuntur, per nos reſpuantur. Vbi enim erit quod diſcimus, ac docemus ſcriptum eſſe: Contine linguam tuam à malo & labia tua ne loquantur inſidioſe. Item alibi: Ortum abundauit malitia, & lingua tua completēbatur inſidiis, ſedens aduerſus fratrem tuum detrahebas, & aduerſus ſilium matris tue ponebas ſcandalum. Item quod Apoſtolus dicit: Omnis ſermo malus de ore ueſtro non procedat, ſed bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Porro hæc fieri debere oſtendimus, ſi, quando talia quorundam calumnioſa temeritate conſcripta ſunt, legi apud nos non patimur. Et iccirco frater chariſſime, cum ad me talia aduerſum te & compresbyteros tecum confidentes

ſcripta

Li. 2. p. 10.

Pfal. 33. & 49.

Eph. 4.



scripta venissent; clero & plebi legi præcepti, quæ religio-  
simplicitatem sonabant, nec vllis<sup>15</sup> maledictorū & cōi-  
ciorū latratibus perstrepebāt. Quod autē scripta collega-  
rū nostrorū, qui illis ordinationi tue affuerāt desiderauim-  
us;<sup>16</sup> nō veteres mores oblii, nouū aliquid quæreba-  
mus;<sup>17</sup> nam satis erat, vt tu te Episcopum factam literis  
nunciare; nisi esset ex diuerso discrepans factio, quæ cri-  
minosis & calūniosis commentis suis collegarum pariter  
ac fratrum plurimorum turbaret mētes & corda confunde-  
ret. Cui rei sopiendæ necessarium duximus, vt scriben-  
tium nobis inde collegarum nostrorum firma & solida<sup>18</sup>  
auctoritas pararetur: qui moribus ac vitæ & disciplinæ  
tue condigna litterarum suarum testimonia prædicantes,  
æmulis quoque & rerum vel nonitate, vel prauitate gauden-  
tibus, omnem ambigendi & discrepandi scrupulum  
sustulerunt;<sup>19</sup> & secundum consilium nostrum salubri  
ratione libratæ in hoc fluctu æstantium fratrum men-  
tes, syncere ac firmiter tuum sacerdotium probauerunt.  
Hoc enim vel maxime, frater & laboramus, & laborare  
debemus, vt<sup>20</sup> vnitate ad Domino, & per Apostolos  
nobis successores traditā, quantū possumus, obtine-  
re curemus; & quod in nobis est, palabidas & errantes oues,  
quas quorundam<sup>21</sup> perucax factio & hæretica tentatio  
a matre fecerunt, in Ecclesiam colligamus;<sup>22</sup> illis solis fo-  
ris remanentibus, qui in obstinatione sua vel furore perse-  
uerauerunt, & ad nos redire noluerunt; discretionis & se-  
parationis a se facit, & Ecclesiæ derelictæ ipsi rationem  
Domino reddituri.<sup>23</sup> Quātum vero hic ad presbyterium  
quorundam, & Felicissimi causam pertinet, quid hic actum  
sit vt scire posses, & litteras ad te collegæ nostri manu sua  
subscriptas miserūt; q̄ auditis eis, quid sēserint, & q̄ d̄ pro-  
nūciauerint, ex eorū litteris discēs. Melius autē frater facies,  
si etiam<sup>24</sup> exempla litterarum, quæ ad te legēda pro  
dilectione cōmuni, per Caldoniū & Fortunatū collegas  
nostros, proxime miserā, quæ de eodem Felicissimo, &  
de presbyterio eiusdē<sup>25</sup> ad clerū istū nostrū & ad plebem  
scripseram, legi illis fratribus iubeas, quæ & ordinationē  
& rationem rei gestæ loquātur, vt tam istic quā illic circa  
omnia per nos fraternitas infiruetur. Exemplaria autem  
eadem nunc quoque<sup>27</sup> per Mettū hypodacōnum a me  
missū<sup>28</sup> & Nicephorum acoluthum transmissi. Opto  
te frater charissime semper bene valere.

#### ADNOTATIONES IN EPI- STOLAM XLII.

1. miseramus nuper collegas nostros ] Epistola præcedenti huius quid-  
dem legationis memini, hic vero causam exponit.

2. per uisione litterarum nostrarum ] Desiderantur hæ Cypriani  
litteræ, quibus Romanum clerum ad concordiam hortatus est.

3. acceptis litteris tam tuis quam collegarum ] Viraque hæ litteræ  
hodie desiderantur, quod autem subingit de responso suo, intelligit epis-  
tolam præcedentem, nam istādem fere uerbis uicit.

4. Sed & per prouinciam nostram ] Prouinciam Carthaginiensem  
intelligit, de qua latius infra epistolam xlv. Litteræ autem quarum hic  
memini etiam desiderantur, præter vnicam Epistolam huius argumenti  
ad Antonianum.

5. plebi istic vniuersæ ] Përastis Cypriano vstratis, quā vsq̄ patet istic,  
pro licet, pro huc, istic, pro hinc, istic, pro istic, illuc, pro istuc, il-  
luc, pro istuc, illuc. Videre est vtrunque sub finem huius Epistolæ & Epistolæ  
præcedenti item xlvij. xlvij. li. liij. lvi. lvij. & alibi ubique.

6. ab vtraque parte ] Nempe a parte Cornelij & parte Nouatiani. Ha-  
bent enim pro more veteres, vt dūm de schismate in Ecclesia sermo est, par-  
tem vocent vtrāque, non Ecclesiam, quæ vna est, & scindi nequit: ubi  
autem iam deprehensum est vtra Ecclesiæ Catholice adhaerere: hanc  
quidem Ecclesiam, alteram vero partem nuncupant. Sic Augustinus non vno  
in loco parit Donatū meminit, & existat inter scripta eius Psalmus con-  
tra partem Donatī. Ita etiam ante illum Opratus Mileuitanus contra  
Parthen, frequenter. Porro desiderantur etiam hæ, tum Cornelij, tum par-  
tis Nouatiani litteræ.

7. quæ ex diuerso ] Codex Camb. legit quidem hoc loco: & diuerso sed  
paulo post rursus: ex diuerso, quare nihil mutandum duximus.

8. in librum ad nos transmissum ] Sic Manutius & recte quidem,  
Ms. tamen codices omnes legunt vti excipit ceteri: in librum missum. Lo-  
quitur autem de libello famoso: quem secum adferentes legati partis No-  
uatiani, legi volebant in publico Ecclesiæ conventu adeoque in Statione  
publica (vti Epistola præcedenti dictum est), quod non permisit Cypria-  
nus.

9. acerbationibus criminosis ] Hoc pacto Ms. codices Camb. Afflig.  
March. Dun. & Cauchij, antea ubique erat: acerbationibus, corru-

pte. vicitur autem simplici voce: acerbatio hodie magis nota est vox ex-  
acerbatio.

10. religio, quæ conuenit ] Sic Ms. omnes, vetus quoque excusis.  
Erasinus vero quum in editione Remboldi incuria quadam mutilus ef-  
set locus, nec esset quod responderet illi dictioni: religio, quæ, adiecit  
vocat: ceterum, non male quidem: sed quam tamen non habent Ms. co-  
dices, interiecerat quoque Manutius vocem: numero, sed eodem consi-  
lio eam pratermissimus.

11. confidantibus Deis sacerdotibus & altari posito ] Videtur mi-  
hi alludere ad consuetudinem illam, quæ in Synodis soli Episcopi confide-  
re consueverunt. Nam sacerdotes non obscurè ter hoc capite solos Episco-  
pos intelligit. Adiecit autem altari posito, quia in basilica quapiam v-  
bi erectum erat altare, & iuxta altare stabant tunc stationes, tunc con-  
uentus omnes Ecclesiastici, & ante translationem negotiorum offerebatur  
sacrificium, & commentabantur omnes. Nam lib. de orat. reprehendit eos  
Tertullianus, qui stationem soluebant statim accepto corpore Domini, ubi  
inter cetera: Nonne solenniter erit statio tua, si & ad aram Dei stete-  
ris.

12. falso rumore ] Etia hinc patet, quum parium præfiteri Erasinus  
in castigando Cyprianum, sequutus hic merum errorem typographicum, quo  
legebatur apud Remboldum: fallorū ore nam Ms. omnes & vetus ex-  
cusis nobiscum legunt.

13. Contine linguam tuam ] Locus est Psalm. 33. citat etiam paulo post  
aliud ex Psalm. 49. Vtriusque autem pro eo quod hodie legitur: dolum,  
seu dolo, legit ipse insidioso, seu insidias, sequutus veterem translatio-  
nem quæ in usu erat ante D. Hieron. atatem, & edita est in lucem iam o-  
lim à Jac. Fabro. Quæ vero hodie existat, castigata est à D. Hieronymo ad  
Græcæ exemplaria, quoniam denuo librariorū vitio multa errata  
irrepperint, vti ex Psalterio iam recte castigato per reuerendiss. D. Episco-  
pum Ruremundensem D. Guill. Lindanum est deprehendere. Est autem  
hoc Psalterium quod hodie vtriusque, quod Gallicum vocat D. Hieron. Nam  
Romanum in usu esse desit, præterquam in missa (quæ enim vocamus,  
Introitus, Gradualia, Communiones: ex illo desumpta sunt) & in Psalmis:  
Venite exultemus, quomodo ad matutinis legitur.

14. legi apud nos non patimur ] Sic hactenus excusis omnes & Ms.  
Afflig. Dun. March. & Cauchij. solus Camb. codex & Manut. omi-  
tunt negationem, sed non placet, præsertim quum paulo prius dixerit ta-  
liare respuenda.

15. maledictorum & conuictorum ] Ita solus Marut. & recte quidem,  
verum tamen Ms. codices omnes retinent vulgatam lectionem: maledi-  
corum.

16. non veteres mores oblii ] Sic Ms. & excusis omnes, pro quo Ma-  
nut. veteris moris.

17. nam satis erat vt tu te Episcopum factum ] Magis placet hæc  
Ms. codicum lectio quam vulgata: factis. Aduerte autem hic morem ve-  
terem, quo solent Romani Episcopi omnibus per orbem Episcopis ordina-  
tionem suam nunciare, quod certe etiam ad præsentiam illius perti-  
net.

18. auctoritas pararetur ] hoc pacto Dun. March. & Cauchij. Ms. cod.  
Manutius quoque & Morelius, & rectius quam aut Afflig. cum Rem-  
boldo: pareretur, aut vetus excusis: pareret, aut vulgati typis: patere-  
tur.

19. & secundum consilium nostrum salubri ratione libratæ in  
hoc fluctu æstantium fratrum mentes ] Locus antea corruptus, in o-  
mnibus tum excusis, tum Ms. qui nec solacium caret. Manut. quidem re-  
posuit: libratum, pro liberata: sed nec hoc satisfacit, quare credo legendū:  
libratæ: præsertim quum Ms. Harrisij cod. legat: libratas.

20. vnitate a Domino, & per Apostolos nobis successores traditam ] Quum  
nusquam aperte in scripturis vnitas ista Ecclesiæ sit  
expressa, recte a Domino & per Apostolos traditam dicit, atque ad hanc  
eandem traditionem respicere non dubito, dūm sub initium huius epis-  
tolæ, diuina traditionis & Ecclesiæ institutionis memini, quare vel  
hinc probatur non reici à Cypriano, quin potius commendari traditiones  
non scriptas. Pulchre autem Episcopos successores Apostolorum nuncupat.

21. perucax factio & hæretica. ] Quod Nouatiani sectatores non  
schismatici modo, sed & hæretici fuerint, docet latius infra Epistola ad  
Antonianum.

22. illis solis foris remanentibus, qui in obstinatione sua vel fu-  
rore perseuerauerunt ] Lectio hæc est Ms. Camb. & Harrisij codicis,  
vulgata excusorum exempli & Morelij. Pro qua Manut. cum Dun. Ms. co-  
dic. & Cauchio: qui obstinatione sua vel furore superfederunt. Verū  
quum superfedere apud auctores classicos non aliud quam omittere signi-  
ficet, & sic foris non remanissent si obstinatione sua supercedissent: placet  
magis prior lectio, præsertim quum etiam in alijs Ms. codicibus variæ  
lectionis satis constat, vel ex lectione veterum duorum excusorum, qui v-  
trāque in textum inferuerunt hoc pacto: qui in obstinatione sua vel  
furore superfederunt vel perseuerauerunt. Nisi forte alicui magis arri-  
deat Afflig. & March. codicum hæc lectio, quos obstinatione sua super-  
federunt vel furore; vt superfedere pro obfidere acceperit Cyprianus,  
quoniam tamen nesciam an alicubi apud bonos auctores sic accepta-  
tur.

23. Quātum vero hic ad presbyterium quorundam ] Hic presby-  
terum rursus pro presbyteriorum congregationis accipit, quoniam nempe  
illorum de quibus supra Epist. xl. qui erant factionis Felicissimi.

24. litteras ad te collegæ nostri manu sua subscriptas ] hæc deside-  
rantur: sit tamen eandem mentio Epistolæ 53. infra ad Corneli-  
um.

25. exempla litterarum ] Sic Ms. & vetus excusis codex, Manut.  
quoque & Morel. hoc loco, qui paulo post tamen legunt (excepto Camb.)  
exemplaria, certe supra quoque epistola xv. exempla, dixit Cypria-  
nus.



26. ad Clerum istuc nostrum & ad plebem] Ita Afflig. cod. & Manus. optime. nam epistolas de Felicissimo ad Clerum & ad plebem scripsit. Habes utramque supra xxxviii. & xl. Antea corruptissime legebatur: ad clerum istuc. non ad plebem. Cambr. vero codex ad Ecclesiam. nostram & ad plebem. Morelius: ad clerum istuc nec non ad plebem; neuter male.

27. per Mettium hypodiamonum] Sic Manus. ceteri Ms. & excussio. omnes Mettium. sit tamen verisimile Manus. lectionem optimam esse ex epistola sequenti. ut ibi dicemus.

28. & Nicephorum Acoluthum] Eis huius frequens apud Cyprianum mentio. Epist. nemp. 47. 48. & 49.

## AD EVNDEM QVOD AD CONFESSORES à Nouatiano seductos litteras fecerit,

### EPISTOLA XLIII.

Argumentum epistolæ titulus satis indicat, constat autem ex nuntio, vna missam hanc Epistolam & sequentem cum precedenti.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI Salutem.

**E**T religiosum vobis, & necessarium existimaui frater charissime, ad confessores, qui illic sunt, & Nouatiani ac Nouati oblatione & prauitate seducti, de Ecclesia recesserunt, litteras breues facere, quibus eos pro affectione mutua cōuenirent, ut ad matrem suam, id est, Ecclesiam Catholicam reuertantur. Quas litteras tibi & Mettio hypodiamono legi prius mandavi, ne quis aliud me scripsi se fingeret, quam quod meis litteris continetur. Mandavi tamen eidem Mettio à me ad vos missum, ut de tuo arbitrio rem gerat, & si eadem litteras confessoribus putaueris esse reddendas, tunc eas tradat. Opto te frater charissime semper bene valere.

### ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XLIII.

1. litteras breues facere,] Habes has proxime subiunctas.
2. Et Mettio hypodiamono] Ita Manus. & Morelius, nec prorsus alienus est Cambr. codex, qui hic legit: à Metropo diacono, & paulo post: Meotio, Tanta enim est vicinitas litterarum, ut congere liceat, legendum potius: Mettio hypodiamono, nam sic scribitur litterarum Gracarum ignari. Eodem facit lectio codic. Ms. quo usus est Cauchius: Æthiopo diacono, valde enim sunt similes littera A & M. Ceteri tamen omnes tum Ms. tum excussi habent: Ethippo diacono, verum addita littera M. facile inde consilari potest: Mettio hypodiamono.
3. reddendas] Sic Ms. Cambr. Manus. quoque & Morelius, ceteri: credendas.
4. tunc eas tradat] Legebatur: ut eas, errore Remboldi, nam vetus excussus & Ms. omnes constantes legunt: tunc.

## AD CONFESSORES ROMANOS, ut ad vnitatem redeant.

### EPISTOLA XLIV.

ARG. Confessores Romanos factione Nouatiani & Nouati seductos, hortatur, ut ad vnitatem redeant. Missa est autem hac Epistola vna cum precedenti, atque adeo recte illi subiungitur.

CYPRIANVS MAXIMO ET NICOSTRATO, & ceteris Confessoribus Salutem.

Lib. 3. ep. 2.

**C**VM frequenter, charissimi cognoueritis ex litteris meis, quem & confessioni vestrae honorem, & fraternitati connexæ dilectionem meo sermone seruauerim; credatis quæso & acquiescatis his litteris meis; quibus vobis, & actui, ac laudibus vestris & scribo, & simpliciter ac fideliter consulo. Grauat enim me, atque contristat & intolerabilis perculsi & pene prostrati peccatoris mæstitia perstringit, cum vos illic comperissem contra Ecclesiasticam dispositionem, contra Euangelicam legem, contra institutionis Catholicæ vnitatem, alium

Episcopum fieri consensisse, id est, quod nec fas est, nec licet fieri, Ecclesiam alteram institui, Christi membra discerpi, dominici gregis animum & corpus vnum difficili æmulatione lacerari. Quod quæso ut in vobis saltem illicitum illud fraternitatis nostræ & discidium non perseueret, sed & confessionis vestrae & diuinæ traditionis memores, ad matrem reuertamini unde prodistis, unde ad confessionis gloriam cum eiusdem matris exultatione venistis. Nec putetis sic vos Euangelium Christi afferere, dum vosmetipsos à Christi grege & ab eius pace & cōcordia separatis, cum magis militibus gloriosis & bonis congruat, intra domestica castra consistere, & intus positos ea quæ in commune tractanda sunt, agere ac prouidere. Nam cum vnanimitas & concordia nostra scindi omnino non debeat, quia nos Ecclesia derelicta foras exire, & ad vos venire non possumus; ut vos magis ad Ecclesiam matrem, & ad nostram fraternitatem reuertamini, quibus possumus hortamentis perimus & rogamus. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

### ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XLIV.

1. Maximo & Nicostrato] Maximi supra frequens mentio, de quo & alia confessoribus ad quos scribitur hac Epistola, latius ad Epistolam L. Nicostatus autem diaconus erat Romana ecclesia, qui cum reliquis non est reuersus ex schismate, sed postea ordinatus est à parte Nouatiani pseudopiscopi in Africa. Hoc est enim quod dicit Damasus in vita Cornelii. Sub huius Episcopatu Nouatus Nouatianum extra Ecclesiam ordinauit, & in Africa Nicostatum, quod ipsum habes Cornelius epistola 1 in Tom. Concil. Plura vide de illo infra epistola. xlvj.
2. Cum frequenter cognoueritis ex litteris meis] Exstant bina supra num. xxi. & xxv. ad Confessores istos littera, ad ceterum vero Clerum Romanum, iij. xxv. xxx.
3. alium Episcopum fieri consensisse] Ms. cod. Cambr. Afflig. Bland. Dun. March. & Cauchij sic legunt. Manus. quoque & Morelius pro quo prius erat: censuisse, loquuntur autem de Nouatiano.
4. discidium] Sic constanter Ms. cod. Manus. quoque & Morelius: quæ lectio vetus diligenter adnotanda est, contra eos qui: dissidium, legunt per duplex, quum Ms. pers. id legant, ut à dissidendo dicatur, non à dissidendo. Eodem etiam modo scribitur apud Tertull. lib. de prescript. aduersus hæres.
5. ad matrem reuertamini] Frequens est Cypriano hæc & precedentibus aliquot Epistolis, ut matrem ecclesiam intelligat. Porro rectius Manus. & Morelius legunt: reuertamini, quam ceteri omnes: reuertimini.

## AD CORNELIUM DE POLYCARDO Hadrumetino.

### EPISTOLA XLV.

ARG. Epistola est purgatoria, quæ se purgat, qui factum sit, ut interea dum Hadrumeti fuerit, non ad Cornelium, sed ad Clerum Romanum, littera inde à Polycarpi Clero fuerint facta, quam tamen antea ipse Polycarpus ad Cornelium potius scripserit, constat autem ex ipso contextu, paulo post precedentes; hanc esse conscriptam.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI Salutem.

**L**ECI litteras tuas frater charissime, quas per Primitium compresbyterum nostrum misisti, in quibus te comperi motum, quod cum de Adrumetina colonia Polycarpi nomine ad te litteræ dirigerentur, postea quæ nos, ego & Liberalis in eundem locum venissemus, cepissent illuc ad presbyteros & diaconos litteræ dirigi. Quod scire te volumus, & pro certo credere, nulla id leuitate aut contumelia factum. Sed cum statuissemus collegæ cōplures, qui in vnum conueneramus, ut legatis ad vos coepiscopis nostris & Caldonio & Fortunato missis, oia interim integra suspenderentur, donec ad nos iidem collegæ nostri rebus illic aut ad pacem redactis, aut p veritate cōpertis, redirent; presbyteri & diaconi in Hadrumetino consistentes, Polycarpo coepiscopo nostro absente, ignorabant quid vobis in cōmune plauiisset. At vbi nos in præsentiam venimus, comperto cōsilio nostro, ipsi quoque quod & ceteri, obseruare cœperunt, ut in nullo Ecclesiæ istic cōsistentium consensio discreparet. Qui

dam



lam tamen, mentes nonnunquam & animos sermonibus suis turbant, dum aliter quædam, quam se habet veritas, nuntiant. Nos enim singulis nauigantibus, ne cum scandalo villo nauigarent, rationem reddentes, scimus nos hortatos eos esse, vt <sup>6</sup> Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem agnoscerent ac tenerent. <sup>7</sup> Sed quoniam latius fusa est nostra provincia, <sup>8</sup> habet etiam Numidiam, & Mauritanias duas sibi coherentes; ne in vrbe schisma factum absentium animos incerta opinione confunderet, placuit vt per Episcopos, retenta à nobis rei veritate, & ad comprobandam ordinationem tuam facta auctoritate maiore, tum demum scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso, per omnes omnino <sup>9</sup> itlicopolitos litteræ fierent, (sicuti sunt) vt te vniuersi collegæ nostri & communicationem tuam, id est, Catholicæ Ecclesiæ vnitatem pariter & charitatem probarent firmiter ac tenerent. Quod diuinitus euenisse, & cõsiliu nostrum proidenter <sup>10</sup> profecisse gaudemus. Sic enim nunc Episcopatus tui & veritas pariter & dignitas, apertissima luce & manifestissima, & firmissima comprobatione fundata est, vt ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos litteras inde fecerunt, & ex relatione ac testimonio cõpiscoporum Pompeij, & Stephani, & <sup>11</sup> Caldonij, ac Fortunati, ordinationis tuæ & origo necessaria, & ratio iusta, & gloriosa quoque innocentia ab omnibus nosceretur. Quod vt simul cum cæteris collegis nostris stabiliter ac finitè administremus, atque vt Catholicæ <sup>12</sup> Ecclesiæ pacem concordia vnanimitate teneamus, perficiet diuina dignatio: vt Dominus qui sacerdotes sibi in Ecclesia sua eligere & constituere dignatur, electos quoque & cõstitutos sua voluntate atque opitulatione tueatur gubernantes inspirans; ac subministrans, & ad improborum contumaciam frenandam, vigorem, & ad lapsum fouendam penitentiam, lenitatem. Opto te frater charissime semper bene valere.

ANNOTATIONES IN EPISTOLAM XLV.

1. Legi litteras tuas frater charissime quas per Primitiuum] Huius Primitiuus supra facta est mentio Epistola xli. quæ per illum Romanis missa fuit. Fit itaque cõsimile, huius litteras Cornelij ad quas respondet, mississe secum in reditu Primitiuum: atque adeo postea scriptam esse Epistolam.
2. de Colonia Hadrumetina] De situ Hadrumetina Colonia in Africa, latius infra in Synod. Carth. vbi de Polycarpo Hadrumetino Episcopo qui etiam interfuit illi Synodo Africana, cuius & nomine conscripta est Epistola liij. vbi etiam Liberalis Episcopi fit mentio.
3. Sed cum statuissimus collegæ complures, qui in eum conueneramus] Rursum hinc patet Epistolam ad Cornelium scriptam post reditum Cypriani i secessu, atque adeo post Synodum illam cuius meminimus infra Epistola liij. Desiderabatur autem vox: Collegæ, nunc recens addita à Manu. & Morelio.
4. Caldonio] Vel ex hoc loco confirmatur nostra lectio, quia supra Epist. xix. consuevit legendum ubique: Caldonius, non: Caldonius, nam in vtroque vereri excuso & editionibus Erasmi prioribus, Erobiana nepe, Colonienfis utraque & Parisiensis, prior modo legitur.
5. At vbi nos in præsentiam] Sic recte Manu. & Morelius, pro eo quod erat: in præsentia.
6. Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem] Romanam Ecclesiā haud dubie intelligit, quam digno elogio Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem dicit, ex parte qua test. D. Ireneo lib. 3. contra Hæres. ca. 3. Maxima omnium est & antiquissima, à gloriõssimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundata & constituta. Ad quam (inquit) Ecclesiā propter potentiorē principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiā, hoc est, eos qui sunt vniuersæ fideles: in qua semper ab his qui sunt vniuersæ, conseruata est ea quæ ab Apostolis est traditio. Plura hac de re Deo fauente, vbi de auctoritate Rom. Pontificis agemus infra alicubi.
7. Sed quoniam latius fusa est provincia nostra] Per omnem Africam provincia, sex facta sunt (inquit Sextus Rufus) ipsa vbi Carthago est (de qua hic & supra Epistola xli. Cyprianus) Proconsularis, Numidia Consularis, Bizacena, Tripolis, & Mauritanias duas, Sitiphensis ac Casariensis. Quot autem erant provincia, totidem erant in Africa Primates sine prima se dis Episcopi, vti patet in Concil. Carth. 6. & 7. item Africano cap. li. liij. liij. xij. Horum omnium primus erat Episcopus Carthaginiensis, (vbi patet ex dicto Concilio Africano) & apud illum summa erat potestas, in creationibus Episcoporum, quos vellet per Africam. Vnde & Epistola 162. vocatur Carthago à D. August. Africa caput. Carthaginiensis autem imperij (vbi loquitur Salustius) terminus, erant ara Philenorum fratrum, quæ sunt post Syres: & ab ortu habebat Pentapolim Cyprianicam, ab Occasu Numidiam, ab Occidente Mediterraneo mari terminatur. In ea enim olim fuit Carthago, Vrica, Hippone Regia, & flumina Barga. Hinc patet verum esse quod dicit Cyprianus: latius fusa.

D. Cæcil. Cypri. tom. 1.

lam esse eam provinciam. unde & factum, vt quibusdam minus Africa diceretur.

8. Habet etiam Numidiam & Mauritanias duas coherentes sibi] Numidia pars est Africa inter Carthaginensem & Tingitanam provinciam, spacio quidem angustior (inquit Pomponius Mela) quam Mauritanias; sed magis culta. Mauritanias autem extrema est pars Africa versus Gaditanum fretum & Occidentalem oceanum, quæ in duas distinguitur, Sitiphensem siue Tingitanam & Casariensem, ita dictas à primarijs ciuitatibus, Tingi & Casarea.

9. Caldonij & Fortunati] Quam mentionem faciat relationis & testimoniorum non modo Pompeij & Stephani, sed etiam Caldonij & Fortunati. Videntur iam reuerſi hi fuisse in Africam, priusquam hanc scriberet Epistolam, atque adeo hanc Epistolam precedentibus posteriorē constat.

10. Ecclesiæ pacem concordia vnanimitate teneamus] Sic Manu. & Morel. pro quo antea: Ecclesiæ concorditer vnanimitatem teneamus] non vult: præsertim si pro: vnanimitatem, legat quis: vnitatem, Porro paulo post rursus: sacerdotes, episcopos nominat.

11. gubernantes infirmos] Antea erat corruptiss. gubernantes, debemus autem acceptam hanc castigationem Manu. & Morelio, nam desiderabatur hac Epistola in Ms. omnibus.

CORNELII AD CYPRIANVM DE Confessoribus ad vnitatem reuerſis.

EPISTOLA XLVI.

Argumentum titulus ipse indicat. Contrigis autem hic Confessorum ad vnitatem reditus (vbi ex Epistola xlix. constat) statim post Nouari ex vrbe discessum; atque adeo eodem momento scripta sunt hæc, & quam habes infra xlvij. Falso igitur hac habemus ascripta est Cypriano.

CORNELIUS CYPRIANO fratri Salutem.

QVANTAM sollicitudinem, & anxietatem sustinimus de iis confessoribus, qui dolo, & malitia hominis callidi, & veteratoris fuerant circumuenti, & pene decepti, & ab Ecclesiā alienati; tanta letitia adfecti sumus, & Deo omnipotenti, & Christo domino nostro gratias egimus; cum ij cognito suo errore, & intellecta hominis maligni, veluti repentis, astutia venenata, ad Ecclesiā, vnde exierant, sicuti ipsi ex suo corde proficere, simplici voluntate venerunt. Et primo quidem fratres nostri probatæ fidei, amantes pacem, vnitatem optantes, <sup>1</sup> tumorem illum horum mollitum iam adnuntiabant, fides tamen non idonea; vt facile nobis credere daretur, illos penitus esse mutatos. <sup>2</sup> Postea vero Vrbanus & Sidonius confessores ad presbyteros nostros venerunt, affirmantes Maximum confesorem, & presbyterum secum pariter cupere in Ecclesiā redire: sed quoniam multa præcefferant ab eis designata; quæ tu quoque; <sup>3</sup> à cõpiscopis nostris & litteris meis cognouisti; vt nō temere eis fides haberetur, ex ipsorum ore, & confessione, ista, quæ per legationem mandauerant, placuit audiri. Qui cum venissent, & à presbyteris, quæ <sup>4</sup> gesserant, exigerentur; nouissime quod per omnes Ecclesias <sup>5</sup> litteræ calumnias, & maledictis plenæ, eorum nomine frequentes missæ fuissent, & pene omnes ecclesias perturbasset; circumuentos se esse affirmauerunt; nec quid in istis litteris, inesset scisse: tantummodo circumductos <sup>7</sup> commississe se quoque schismaticæ, & hæresis auctores fuisse; vt paterentur ei <sup>8</sup> manus quasi in Episcopum imponi. <sup>9</sup> Qui, cum hæc, & cætera fuissent exprobrata, vt abolerentur & de memoria tollerentur, deprecati sunt. Omni igitur actui ad me perlato <sup>10</sup> placuit contrahi presbyterium. Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie præsentēs fuerunt, vt firmato consilio, quid circa personam eorum obseruari deberet, consensu omnium statueretur. Et vt motum omnium & consilium singulorum dignosceres, etiam sententias nostras placuit in notitiam vestri perferri, <sup>11</sup> quas & subiectas leges. His ita gestis, in presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius, <sup>12</sup> & Marcarius, & plerique fratres qui se eis adiunxerant, summis precibus desiderantes, vt ea quæ ante fuerant gesta, in obliuionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur; <sup>13</sup> proinde atque si nihil esset vel commissum, vel dictū,

Lib. 3. ep. 11.

\* gesta erant.



Matth. 5.

\*falsitas.

in unum omnibus remissis, eorum mundum & purum iā Deo exhiberent, sequentes Evangelicam vocem dicentem: beatos esse puros corde; <sup>14</sup> quoniam ipsi Deum videbunt. Quod erat consequens, omnis huiusmodi populo fuerat insinuandus, ut ipsos viderent in Ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos iam diu viderant & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Una vox erat omnium <sup>15</sup> gratias Deo agentium, gaudium peccatoris lachrimis exprimentes; complectentes eos, quasi hodie poena carceris fuissent liberati. <sup>16</sup> Et ut ipsorum propria verba designem: Nos inquit, Cornelium Episcopum sanctissimum Catholicæ Ecclesiæ, <sup>17</sup> electum a Deo omnipotente & Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur: nos inpositam passi sumus: circumuerti sumus perfidia & eloquacitate \* capitulo <sup>18</sup> Nam etsi videbamur quasi quidam communicationem cum schismatico <sup>19</sup> & heretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit. Nec enim ignoramus vnum Deum esse, vnum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, <sup>20</sup> vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere. Ita eorum professione non moueremur: ut quod apud potestatem sacculi erant confissi in Ecclesia constituti comprobarentur? Quapropter <sup>21</sup> Maximum presbyterum locum suum agnoscere iussimus: ceteros cum ingenti populi suffragio recepimus. omnia autem remissimus Deo omnipotenti, in cuius potestate sunt omnia referuisti. Hæcigitur frater charissime eadem hora, eodem momento ad te scripta transmisimus, & Nicephorum Acoluthum descendere ad nauigandum festinantem, de statione ad vos statim dimissi, ut nulla procrastinatione habita, velut praesens in isto clero, & in isto populi cætu Deo omnipotenti & Christo Domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmo pro certo iam confidimus, ceteros quoque qui in errore hoc sunt constituti, in Ecclesiam breui reuersuros, cum auctores suos viderint nobiscum agere. Has litteras puto te debere, frater charissime, & ad ceteras Ecclesias mittere, ut omnes sciant schismatici huius & heretici dolus & peruationem de die in diem euacuari. Bene vale frater <sup>22</sup> charissime.

#### ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XLVI.

1. Cornelius Cypriano [sic] Cambr. & cod. & Manus. quam lectionem certam facit initium epistolæ xlii. & historia imo & stylus huius epistolæ.
2. gratias egimus [Manus. aliam longe hic habet lectionem, quam sit vulgata & Ms. Cambr. cod. erat prius: gratias agimus cum eos cognito tuo errore intelligimus] [sic enim Cambr. pro eo quod erat: intelligimus] hominis maligni velut serpentis astutia venenata derelicta fuit ut habet Cambr. altitiam fugientes venenatam] ad ecclesiam, &c. Neutra lectio displicet.
3. tumorem illum horum mollicum [Recte mea sententia sic castigauit hunc locum Manus. pro eo quod erat: tumorem, sine: tumorem illorum, horum mollicum.]
4. Postea vero Urbanus & Sidonius [omissis codex Cambr. particulam: quam, non recte interpositam hactenus in excusis, & similiter Manus. Porro de his confessoribus latius epist. l.]
5. a coepiscopis nostris & litteris meis [Quæ fuerint designata à confessoribus non satis constat, quum littera haec desideretur, præterquam quod schismatici Novatiani consensum præbuerint, quidam tamen hic recensentur in eorum publica confessione.]
6. litteræ calumnias & maledictis plenæ [Fit eadem mentio supra epistolâ xlii. Similia autem de horum confessorum satisfactioe & confessione publica citat Eusebius lib. 6. caput. 33. ex epistolâ Cornelii ad Fabium Antiochenum Episcopum.]
7. commisit se quoque schismatico [Ita Cambr. codex & vetus excusus, pro quo Manus. schismatici; ceteri: schismatici, sed prior lectio placet.]
8. manus quasi in Episcopum imponi [sic restitui hunc locum, ex varia lectione tum Manus. tum vulgatorum codicum.]
9. Qui, quum hæc & cetera fuissent exprobrata, ut abolerentur [Hoc patet Manus. & Morelius, accedit quam proxime vetus excusus: cum & cetera fuissent exprobrata. Non male quoque Ms. Cambr. Qui quum & cum ceteris fuisset exprobratur, ut aboleretur, quomodo legendum non male diuinauerat Erasmus: locus aliqui erat corruptus.]
10. placuit contrahi presbyterium [Presbyterium intelligit tum hic tum paulo post, collegium sine Senatum: ut loquitur D. Hieronymus epistolâ ad Rusticum, Cleri Romani, utpote sine quorum consilio arduum nihil solent agere Romani Pontifices. Atque adeo tum hic tum ex epistolâ Cypriani ad Clerum Romanum, constat presbyteros & diaconos Ecclesiæ Romanæ in eadem auctoritate iam olim fuisse, quâ nunc pollent, eodem

etiam monere sanctos quo nunc cardinales, nempe ut essent consilij & assessores Episcopi Romani. Quod plane perspicuum sit ex verbis illis epistolæ beati ad Cornelium: florentissimo illi Clero tecum presidenti. Erant tamen illi Episcopi tum temporis superiores. Porro etiam nomen Cardinalium veteribus non incognitum, satis insinuat Syluester Papa eius nominis primus in concilio Roma. can. 6. Diaconi inquit non sunt plures per parochiarum examen nisi duo, & diaconi Cardinales urbis Rome septem. Quare si quis Onuphrium Panunium sequatur, Maximum & ceteros confessores, de quibus hic exitur historia, Romanæ Ecclesiæ Cardinales fuisse dicat, non admodum à vero aberrauit. Quanta enim fuerit eorum auctoritas, vel hinc patet, quod ob eorum consensum in ordinationem Novatianum schisma in Ecclesia contigerit, verum de iure electionis Pontificis Romani infra latius Epistolâ. Insignia tamen eorum sunt recentiora: utpote illis addita primum circa annum Domini M. CC. L. ab Innocentio quarto, si quis plura huc pertinentia desideret, videat Remundum Rufum in Moliniano pro Pontifice Maximo.

11. quas & subiectas habes [Deperierunt sententia singulorum, quorum meminit, quæ si exstarent, notior foret auctoritas Cleri Romani in dicendis sententiis una cum Episcopis.]

12. & Macarium [Macarium adiecit ex epistolâ sequentibus tribus, nam constat illum una cum aliis redisse.]

13. proinde atque si nihil esset, &c. [Pulchre restitutus est hic locus à Manus. & Morelio, antea corruptissimus, & certe etiam codex: proinde legit, in ceteris vitio scriptoris est mutatus.]

14. quoniam ipsi Deum videbunt [sic Morelius propius accedens ad textum Evangelicum, quam Manus. legens viderent, illud autem dicentem, recens adiecit ex castigatione Cisterij.]

15. gratias Deo agentium gaudium, &c. exprimentem [solacium est, qualem non puto in scriptis D. Cypriani reperiri.]

16. Et ut ipsorum propria verba designem [Cum ex tota rei gesta historia tum ex hoc per se loco patet Cornelii esse hanc Epistolam non Cypriani, neque enim verba ipsa Confessorum Cyprianus recensere posset, qui confessionem eorum non interfuerat. Designare, autem hic pro significare, prius vero pro committere, accepit auctor.]

17. electum a Deo [Recte coniecit Cisterius ita legendum, pro eo quod erat: electum] Nam consentiunt Cambr. cod. Manus. & Morelius.]

18. Nam etsi videbamur [Non male sic Manus, magna est enim litterarum vicinitas, cum prior lectione: amentes videbamur, si initio addatur littera N. Cambr. tamen cod. legit: nam amentes videbamur.]

19. & heretico [Desiderabatur hoc prius, adiectum recte à Manus. nam tum prius, tum paulo post, & alibi sæpe, non schisma modo, sed & hæresis Novato impingitur.]

20. vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere [Rursus hic vnum Episcopum simpliciter pro Romano Episcopo acceptum vides, sed de hoc latius lib. de unitate Ecclesiæ.]

21. Maximum presbyterum locum suum agnoscere iussimus [Restitutus est ergo Maximus in pristinam dignitatem, presbyteri Romanæ Ecclesiæ, tandem confessus denique, & passus Martyrium sub Maximiano. Nam huius Maximii presbyteri existimo fieri mentionem in Martyrologio Bedæ & Adonis ad 13. Calen. Decembris. Porro etiam hinc colligitur esse Cornelium non Cyprianum episcopum, neque enim quicquam auctoritatis habebat iste in Clerum Romanum.]

22. charissime [Hoc tum hic, tum paulo post, etiam recens adiecit tum est à Manus.]

CYPRIANI AD CORNELIUM RESPONSUM CONGRATULATORIUM, DE ILLO-  
rum reditu ex schismate.

#### EPISTOLA XLVII.

Argumentum ex titulo colligere est. Porro vel hinc etiam colligitur, epistolam præcedentem Cypriani non esse, neque enim ipse duas eadem de re ad eundem scriberet epistolas.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI Salutem.

ET egisse nos & agere frater charissime maximas gratias sine cessatione profitemur, Deo patri omnipotenti, & Christo eius domino, & Deo nostro salutari, quod sic Ecclesia diuinitus protegatur, ut vnitas eius & sanctitas non iugiter nec in totum perdidit & hæreticæ prauitatis obstinatione vincitur. Legimus enim litteras vestras, & voti communis amplissimum gaudium exultanter excepimus: Maximum presbyterum & Urbanum confessores cum Sidonio & Machario, ad Ecclesiâ Catholicam regressos esse, id est errore deposito, & schismatico, immo hæretico furore deserto, vnitatis ac veritatis domicilium fidelis sanitatis repetisse; ut vnde ad gloriam processerant, illuc gloriosi rediret; ne qui Christum cõfessi esset, Christi postmodum castra deseret, nec tẽtaret charitatis atque vnitatis fidem, qui victi robore, & virtute non fuerat. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & solida cõ-

fieri-



fratentium dignitas; a desertoribus, & profugis recessisse, proditores fidei & Ecclesie Catholice impugnatores reliquisse. Merito illos reuertentes summo, ut scribitis, gaudio & clerus & plebs, & fraternitas omnis excepit, quoniam in confessoribus gloriam suam conferuantibus & ad unitatem reuertentibus nemo non socium se & participem eorum glorie computat. 7 Huius diei letitiam de nostris possumus sensibus estimare. Nam cum istic ad litteras vestras, quas de eorum confessione misistis, letatus sit omnis fratrum numerus, & summa alacritate hunc nuncium communis gratulationis excepit; quid illic vbi res ipsa & praesens letitia sub oculis omnium gerebatur? cum enim Dominus in Evangelio suo dicat, esse summum gaudium in celo super uno peccatore penitentiam agente, quanto maius est gaudium & in terris patet & in celo, super confessoribus ad Ecclesiam Dei cum gloria sua & cum laude redeuntibus, & redeundam viam ceteris exempli sui fide & probatione facientibus? 9 Hic enim quodam fratres nostros error induxerat, quod sibi communicaionem confessorum sequi viderentur. Quo errore sublati, lux omnium peccatoribus infusa est, & Ecclesia Catholica una esse, nec scindi, nec diuidi posse, monstrata est. Nec quisquam iam facile poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi; quando probatum sit bonos & gloriosos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia & perfidia extra Ecclesiam detineri. 10 Opto te frater charissime semper bene valere.

ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XLVII

1. Deo nostro salutari] Sic cod. Ms. & excus omnes, excepto Cambr. qui legit: salutari, non male. Forte legendum Deo salutari nostro, ut auctor ad illud Psalmi 94. Inbitemus Deo salutari nostro.
2. non iugiter] Ita Ms. & excus omnes, prator Moretum & Cambr. cod. quorum ille non dissingatur, hic non negetur, perinde est, quomodo legas.
3. vicitur] Sic quidem vulgati cum Manut. quibus satis accedit, quod habet Morelius: vicitur, verum Ms. Camb. Affig. Bladin. Dun. March. & Cauchy codices cum veteri excuso, legunt: vicitur.
4. Legimus enim litteras vestras] Indubie praecedentem epistolam significat, quod paulo post satis indicat, ubi tantum non verba ipsa citantur.
5. fidei] sanitate] Haec est lectio Ms. cod. excepto solo Cambr. qui cum vulgatis legit: fidei.
6. nec tentarent charitatis arque unitatis fidem] Quum sic legant Ms. Affig. Blandin. Dun. March. & excus ceteri omnes, non placet Manutii lectio: nec tentarentur, & fide praefertim quum prior lectio sit clara: ut tentare fidem pro explorare, aut si maius pro infesto animo aggredi illum accipiat, nam utrumque vox illa Ciceroni significat. Cambr. legit: nec teperant charitatis arque unitatis fide.
7. Huius diei letitiam] Sic Ms. omnes, pro eo quod erat: huius rei.
8. super uno peccatore] Adieciimus: uno, ex Ms. cod. & veteri excuso, in ceteris dissolubatur. Legitur autem apud Lucam. cap. 15. & infra epistola liij.
9. hic enim quosdam fratres nostros error induxerat] Eodem pertinet quod Epistola praecedenti dixit: Cornelius: Confidimus ceteros quoque qui in errore constituti sunt, in Ecclesiam brevi reuersuros, cum auctores suos viderint nobiscum agere: Erant autem inter ceteros in hoc errore Antonianus, cui patet infra epistola liij.
10. Opto te frater charissime] Clausulam hanc Manut. & Morelio debemus acceptam, nam alibi desiderabatur.

CORNELII AD CYPRIANVM DE factione Nouatiani cum suis.

EPISTOLA XLVIII

ARG. Parante iam reditum Nicephoro Acolutho qui Romam a Cypriano missus Epistolas supra positas xliij. & xliij. secum adulerat, nunciat Cornelius Cypriano nouas quasdam Nouatiane partis Machinationes. Porro fragmentum duntaxat hoc videtur, non integra Epistola.

CORNELIVS CYPRIANO FRATRI Salutem.

NE quid minus ad poenam futuram huius scelerati hominis deesset prostratus virtutibus Dei (3 cum Maximus, & Longinus, & Machaeus, inde fuissent expul-

si) denuo resurrexit; & sicuti prioribus litteris tibi quas per Augendum conflorem misi, significauit; puto Nicostatum, & Nouatum, & Euaristum, & Primum, & Dionysium illo iam peruenisse. Inuigiletur ergo, ut omnibus coepiscopis nostris & fratribus innotescat; Nicostatum multorum criminum reum, & non solum patronae suae carnali, cuius rationes gessit, fraudes & rapinas fecisse, verum etiam, quod est illi ad perpetuam poenam reservatum, Ecclesiae deposita non modica abstulisse; Euaristum vero auctorem schismatis fuisse, & successorem plebi, cui ante praefuerat, 9 Zetum, in locum eius Episcopum esse constitutum. Maiora vero & grauiora hic designauit malitia, & inexplabili prauitate sua, quam quae illic apud suos semper exercuit, ut scias qua duces & protectores iste schismaticus & haereticus lateri suo semper iunctos habeat.

ANNOTATIONES IN EPISTOLAM XLVIII

1. Cornelius Cypriano] Miratus sum saepenumero, & una mecum eruditi plerique, quum Eusebius in Chron. & D. Hierony. in catalo. script. illustr. Cypriano octo duntaxat Epistolas ad Cornelium ascribunt, quomodo iam extarent xi. numero. Gausissus sum itaque dum in cod. Cambr. hanc & supra xliij. Epistolam, non Cypriano sed Cornelio ascriptam reperi. & paulo post confirmatam hanc lectionem a Manutio qui profusus legunt: Cornelius Cypriano, Confirmat hanc nostram sententiam, quod prater Cambr. ceteri Ms. cod. has duas Epistolas non habeant. Neque vero ullus restabit scrupulus, si exordium legatur Epistola sequentis, in qua disertis verbis accepisse se a Cornelio utraque litteras per Nicephorum conficitur Cyprianus, quas per illum se misisse testatur Cornelius. Porro quandoquidem Epistola infra liij. ad Cornelium, non tam Cypriani sit quam Synodi Africana; iam non plures quam octo Cypriani ad Cornelium reperientur epistola.
2. Ne quid minus, &c.] Tum ex hoc tam abrupto Epistola exordio, tum ex epistola sequenti, in qua plenissime se a Cornelio instructum dicit Cyprianus de nouis Nouati & Nouatiani Machinis, patet fragmentum esse duntaxat hanc Epistolam.
3. cum Maximus, &c.] De horum expulsiōe habes supra epistola xli. facit autem pro dicta nostra sententia quod dicit, inde illos expulsos, Carthagine nempe, per Augendum Conflorem] Nemini dubium esse debet, quin alius sit iste Augenus ab illo, qui una cum Maximo, Longino, & Machaeo a Cypriano expulsus fuit. Desiderantur autem litterae istae Cornelij.
4. puto Nicostatum] Recte locum antea mutilum sic restituit Manut. nam vocem, puto, reperiit est & in Camb. cod. Porro de Nicostato, Nouato, & Euaristo latius Epistola sequenti, cuiusdem factionis erant & Primum & Dionysium quorum hic meministi.
5. Euaristum vero auctorem schismatis fuisse] Aut hoc modo legendum est, ut vulgati codices haec tenent & Cambr. codex, aut si legamus: cum auctor schismatis fuisset, legendum: Euaristi, ut Morelius. Verum prior lectio magis placet, ut enitetur hyperbaton. Cambr. codex legit: coauctorem, sed prius malo.
6. Zetum] Sic Manutius & Morelius pro quo Cambr. cod. Zetum, utrumque desideratur in excusis haec tenent, hic &c. quam illic] Etiam hac phrasi conuincit non esse Cypriani hanc Epistolam. Porro malo legi: apud suos: quomodo etiam Cambr. cod. quam: apud vos, ut solus Manut.

CYPRIANI RESPONSVM AD Cornelium de Nouati sceleribus

EPISTOLA XLIX

ARG. Laudet Cornelium, quod opportune illum admonuerit, ut pote quum postredie quam venisset ad senocens factio, litteras illius acceperit. Deinde multis describit Nouati scelera, & schisma prius in Africa ab illo conitatum.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI Salutem.

ET cum diligentia & cum delectione fecisti, frater charissime, festinat ad nos mittendo Nicephorum Acoluthum, qui nobis & de confessoribus regressis gloriosam letitiam nunciaret, & aduersus Nouatiani & Nouati nouas & perniciosas ad impugnandam Christi Ecclesiam machinas plenissime instrueret. Nam cum pride istic venisset haeretice prauitatis nocens factio ipsam perditam, & alios qui sibi consenserint perditura, postero die Nicephorus cum vestris litteris superuenit.

Lib. 2. ep. 8.



Ephes.

Quibus & didicimus, & docere, atque instruere ceteros cœpiamus; <sup>4</sup> Euaristū de Episcopo iam nec laicū remansisse, cathedræ & plebis extorrem, & de Ecclesia Christi exulē, per alias longe prouincias oberrare, & ipsū veritatis ac fidei naufragū factū, circa quosdā sui similes paria naufragia concitare: <sup>5</sup> Nicolatū vero, diaconio sanctæ administrationis amisso, Ecclesiasticis pecunijs sacrilega fraude subtrahitis, & <sup>6</sup> viduarū ac pupillorū depositis denegatis, non tam in <sup>7</sup> Africā venire voluisse, quam conscientia rapinarū & criminū nefandorū illinc ab vrbe fugisse. Et nūc Ecclesiæ defertor ac profugus, <sup>8</sup> quasi mutasse sit hominē, mutare regionem, conflorem se <sup>9</sup> vltra iactat & prædicat, cum Christi cōfessor nec dici, nec esse iā possit, qui Ecclesiā Christi negauit. Nam cum Paulus Apostolus dicat: *Propter hoc relinquit homo patrem, & matrem:* <sup>10</sup> & erunt duo in carne vnā: Sacramentū illud magnum est, ego autem dico <sup>11</sup> in Christi & in Ecclesiā. Cū hoc, inquit, beatus Apostolus dicat: & Christi pariter atque Ecclesiæ vnitatē indiuicis nexibus coherētem, sancta sua voce testetur, quo modo potest esse cum Christo, qui cū sponsa Christi atque in eius Ecclesia non est: <sup>12</sup> aut quomodo assumit sibi regē aut gubernandæ Ecclesiæ curā, qui spoliavit & fraudauit Ecclesiā Christi? Nam de Nouato nihil inde ad nos fuerat nunciandū, cum magis per nos vobis debeat Nouatus ostendi, terū nouatū semper cupidus, auaritiæ inexplibili rapacitate furibundus, arrogantiæ & stupore superbi tumore inflatus, <sup>13</sup> semper illic episcopis male cognitus, quasi hæreticus semper & perfidus omnium sacerdotum voce damnatus; curiosus semper vt prodāt, ad hoc adulatur vt falsat, nunquā fidelis vt diligit, fax & ignis ad conflanda seditionis incendia, turbo & tempestas ad fidei faciendā naufragia, hostis quietis, tranquillitatis aduersarius, pacis inimicus. <sup>14</sup> Deniq; Nouato illinc à vobis recedēte, id est, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta est, & gloriosi ac boni confessores, qui de Ecclesia illo incitante discesserant, posteaquam ab vrbe ille discessit, ad Ecclesiam reuertuntur. Idem est Nouatus, qui apud nos primum discordiæ & schismatis incendiū seminauit, qui quosdam illic ex fratribus ab episcopo segregauit, vt in ipsa persecutione ad euerctas fratrum mētes alia quædam psecutione nostris fuit. Ipse est qui felicissimū satellitē suū diaconū, nec permittente mē, nec sciēte, sua factione & ambitione constituit: & cū sua rēpente <sup>15</sup> Romam quoq; ad euerctandā Ecclesiam nauigans, similia illic & paria molitus est, à Clero portionem plebis auellens, fraternitatis bene sibi coherētis, & se inuicē diligētis, cōcordiam scindēs. Plane quoniā pro magnitudine sua debeat Carthaginē Roma præcedere, illic maiora & grauiora cōmisit. Qui illic aduersus Ecclesiā diaconū fecerat, illic episcopū fecit. Nec hoc quicquid miretur in talibus, ferūt sēper mali suo furore demētēs, & posteaquam scelera fecerint, cōsciētia ipsa sceleratē mētēs agitāt. Nec remanere in Ecclesia Dei possūt, qui deificā & ecclesiasticā disciplinā nec actus sui cōuersatione, nec morū pace tēnerūt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque Ecclesiæ denegatæ, has de illo exigūt penas, quas in eius furore cōspicimus. Pater etiam eius in vico fame mortuus, & ab eo in morte postmodū nec sepultus. <sup>16</sup> Vterus vxoris calce percussus, <sup>17</sup> & abortione pperatē in patricidii partus expressus: Et dānare nō audet sacrificiū manus, cum sit ipse nocētior pedibus, quibus filius qui natebatur, occisus est: Hanc cōsciētiā criminū iam pridē timebat, propter hoc se nō <sup>18</sup> de presbyterio excitari tantū, sed & cōmuncatione prohiberi pro certo tenebat: & vrgentibus fratribus imminēbat cognitionis dies, quo apud nos causā eius ageretur, <sup>19</sup> nisi persecutio ante venisset. Quā ille voto quodam euadendæ, & lucrādē dānationis excipiēs, hæc omnia cōmisit & misceuit, vt qui ei de Ecclesia, & excludi habebat; iudicium sacerdotū voluntaria discessione præcederet; quasi euasisset pēnā, pręuenisset sentētiā. Circa ceteros autē fratres elaboramus, quos ab eo circumuentos dolemus, vt veteratoris perniciosū latus fugiant, vt lethales laqueos sollicitatis euadāt, vt de quaille pelli diuinitus meruit, Ecclesiā repetāt. quos qdē Domino adiuuat, per eius misere-

cordiam regredi posse confidimus. Neque enim potest petire, nisi quem constat esse periturum, cum Dominus in euangelio suo dicat: *Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus celestis, eradicabitur.* <sup>20</sup> Qui plantauit non est in præceptis Dei patris, & monitis; solus poterit de Ecclesia ille discedere; solus episcopis derelictis cum schismaticis & hæreticis in furore remanere. Ceteros vero nobilium adunabit Dei patris misericordia, & Christi domini nostri indulgentia, & nostra parentia. Opto te frater charissime semper bene valere.

## ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XLIX.

1. Festinato ad nos mittendo Nicephorum Acoluthum] *Al-ludit ad ipsa verba Epistolæ Cornelij xlviii. quam cum hac constat simul missam.*
2. plenissime instrueret] *Quod quam breuissima sit præcedens epistola, non potest dici illa plenissime instruat, quare frangendum esse vel hinc patet.*
3. Hæreticæ prauitatis nocens factio] *Nicolatus nempe, Novatus, Euaristus, Primus, & Dionysius.*
4. Euaristum de Episcopo iam nec laicum remansisse] *Erat enim in locum eius substitutus Zetus quidam, qui tamen quo loco Episcopum egerit, ex Cypriano scire non potui. Quod autem dicit nec laicum remansisse, explicat, quum de Ecclesia Christi exilem per alias prouincias oberrare dicit.*
5. Nicolatum vero diaconio sanctæ administrationis] *Adnotatum dignum, quod diaconum suū diaconum, vt hodie vocamus, dicat sanctam administrationem. Verum de hoc latius Epistola lxxi. Constat etiam hinc & epistola supra xxx. Nicolatum non nisi diaconum fuisse Romanæ ecclesiæ, qui tamen si confessor Christi, confessionis illius immemor, non tam seducius est à Nouato, quam conscientia rapinarum & fraudum, Romā cum illo profugit. Vt ipse ecclesiasticis pecunijs apud se depositis secum ablati, & viduarum opibus & pupillorum, immo patrum sua carnalis, vt epistola præcedenti dictum est, fraude subtrahitis. Sufficit illi commissum fuisse ecclesiæ Romanæ thesaurum, vt postea Stephanus in Pontificatu Cornelij, & Laurentio in Pontificatu Sixti Pontificum, atque adeo fuisse Archidiaconum Romanæ ecclesiæ. Quod confirmatur ex epistola supra xxxi. Vbi primo loco, post presbyteros, nomen illius epistola confessorum præfigitur. & rursum ex epistola xliij. ubi ipsum solum cum Maximo nominat Cyprianus ad Confessores scribens.*
6. viduarum & pupillorum] *Rursum error typographicus Remb. remansit hætenus in excusis omnibus, ante Manut. & Morelium, nam vetus excusus illud legit, non: pupillorum.*
7. Africam] *Quamuis Africa nonnunquam pro tota orbis parte accipitur, Romani tamen ea terrarum spacia, quæ ab aris Philenorum fratrum in occasum quam longissime produciuntur, Africam tantum vocabant. Sic dictam autem existimat Iosephus, ab Afro vno posterorū Abrabæ ex Caturra.*
8. quasi mutasse sit hominem, mutasse regionem] *Simile est hoc illi vulgato carmini: Caelum, non animum mutant, qui trans mare currunt.*
9. vltra iactat] *Rectius sic Cambr. & Manut. quam ceteri: vltro. Si significat enim illum quum semel in numero confessorum fuerit, adhuc tale se iactare.*
10. & erunt duo in carne vnā] *Sic Ms. & excusis hætenus omnes, excepto Manut. qui habet: in carne vnā, Sed prior lectio magis placet, quod eodem modo legat Tertull. lib. 3. contra Marcionem, Ambrosio quoque ascriptis comment. & Græci omnes, tum apud Apostolum, tum Genes. 2.*
11. in Christum & Ecclesiam] *Ita etiam Ms. & excusis codices omnes, excepto Morelio, qui reposuit: in Christo & Ecclesia, quod quidem placeret magis, eo quod D. Hieron. & Ambrosius. Augustinus. & Græci quoque in comment. sic legant, nisi prior modo legeret Tertull. loco iam dicto, quem per omnia imitatur Cyprianus.*
12. Aut quomodo assumit sibi Ecclesiæ regendæ curam] *Hinc confirmatur illud Eusebij quod Nicolatus in Africa Episcopus, & voluit aliter Pontifex summus à nouato ordinatus sit. auaritiæ inexplibili rapacitate furibundus] Hæc lectio cambr. codicis placet magis vulgata illa: auaritiæ inexplibilis rapacitate furibundus.*
13. semper illic Episcopis male cognitus] *Quod hic Episcopos, mox sacerdotes: quod hic, male cognitus, mox damnatus, dicit. Constat autem hinc Nouatum in Africa tanquam hæreticum damnatum fuisse, fuisse etiam presbyterum Cypriani, id est, Carthaginensem à Cypriano ordinatum, tradunt Eusebius, & D. Hieron. cat. script. illustr. Fortassis ille ipse est, cuius supra facta est mentio Epistola vi. qui cum Nouato & Gaudio de graui quopiam negotio ad Cyprianum scripserant, de quo tamen nihil definire voluit ante reditum & secus. Et si quid diuina re licet in re incerta, hinc fortassis initia facta schismatis, quod optata impetrare nequirit. Fuisse enim per illum segregatos à Cypriano quinq; presbyteros de quibus supra, colligi videtur ex sequentibus, nam & ipse Felicissimum, qui fuit illorum signifer & satelles, diaconum constituit, Cypriano nec permittente nec sciente. Porro illud: hostis quietis, adiectū est regent à Manutio & Morelio quod habet etiam Cambr. codex.*
14. denique Nouato illinc à vobis recedente] *Sic legunt Ms. Cambr. Affig. March. Cauchij. Manutius quoque & Morelius immo & textus ipse sic legendum conuincit. Nam significat recedente ab vrbe*

NOUAT-



Novato statim ad unitatem reuerfos confessoris, antea erat: nobis.  
15. Nouam] Sic Ms. Cauchy cod. & Dum. ad marg. pro quo ante ca-  
ter: Romae sed non satis Latine dicitur: Romae nauigans.

16. vterus vxoris calce percussus] Assumebantur tum temporis ob a-  
liorum paucitatem multi coniugati in Clerum, quare non mirum est, si  
vxo-ri Nouati meminit, quum presbyter esset.

17. & abortione prope tante] Sic constanti. Ms. cod. 4. Cauchy quo-  
que, Manut. & Morelius. Antea erat partione.

18. de presbyterio excitari] Presbyterium vero modo hic accipitur,  
an pro presbyterii officio, an vero pro presbyterorum collegio, incertum est.  
Si priori modo excitari de presbyterio, videtur mihi idem esse, quod sus-  
pendi ab officio. Si posteriori modo accipi mihi videtur pro eo quod hodie  
dicimus, citari a presbyteris; maxime quum de, pro a Cypriano sit fre-  
quens.

19. nisi persecutio ante venisset] Hinc colligi videtur, commissam fuisse  
hac crimina a Novato, iam antequam Cyprianus persecutione secede-  
ret.

20. Qui plantatus non est in praecceptis Dei] Ex cod. Cambor. adie-  
timus.

# MAXIMI CÆTERORVM CON- fessorum ad Cyprianum de suo re- ditu ex schismate.

## EPISTOLA L.

Argumento ob sui breuitatem non indiget hac Epistola. Mera  
autem fuit Remboldi imperitia, qui quum primus hanc in lucem  
ederet, non tamen suo loco ante Epistolam sequentem posuerit, nec  
hanc in te minor Morelij osentia, praesertim cum cod. Ms. eum ordi-  
nem rite seruauerint.

CYPRIANO FRATRI, MAXIMVS,  
Vrbanus, Sidonius & Macarius  
Salutem.

CERTI sumus frater charissime, te quoque nobi-  
cum pari voto congaudere, nos habito consilio,  
utilitatibus Ecclesiae & paci magis consulentes, omnibus  
rebus praetermissis & iudicio Dei seruatis, cum Cornelio  
episcopo nostro pariter & cum vniuerso clero pacem fe-  
cisse, cum gaudio etiam vniuersae Ecclesiae, prona etiam  
omnium charitate. Hoc factum his litteris nostris scire  
certissime debuisti. Oramus te frater charissime multis  
annis bene valere.

## ADNOTATIONES IN EPI- STOLAM L.

1. Maximus, Vrbanus, Sidonius & Macarius] De horum seductione  
& reditu ad unitatem Ecclesiae, ita Cornelius episcopus ad Fabium An-  
tiochen. Episcopum, apud Eusebium libro sexto histori. eccles. capite tri-  
gesimo tertio, in quibus fuit (nempe numero sociorum Nouatiani) Maxi-  
mus quidam presbyter Romane ecclesiae, & Vrbanus, qui secundo confes-  
sore existit, sed & Sidonius & Celerinus (aut potius Macarius, nam  
Celerinus constans prius in Africam venisse ad Cyprianum, & ab eo le-  
ctorem ordinatum, qui valde clari in consessoribus habebantur, eo quod o-  
mnia tormentorum genera superauerant. Sed isti cum diligentius perse-  
rassent, agere eum cunctis fraudibus & dolis, mendaciis atque peritiis,  
& quia bonitatem ad hoc solum simularet, ut deciperet ignorantes, relicto  
eo seu potius execratum ad Ecclesiam cum magna satisfactione reuertuntur;  
& praesentibus Episcopis & presbyteris, sed & laicis viris, primo quidem  
errorem suum, eum deinde illius fraudes ac fallacias confitentur. Hacten-  
us ille. Vnde satis manifestum sit, quales hi fuerint, & quam clari con-  
fessores; Certe quid postea de tribus posterioribus actum sit, non potui de-  
prehendere. Maximum vero postea Martyrium passum supra diximus,  
epistola 48.

CYPRIANI AD CONFESSORES  
de reditu ex schismate congra-  
tulatoria.

## EPISTOLA LI.

ARG. Gratulatur Confessoribus de reditu ad unitatem, ad  
eorum laudem referens, quod ante in confessione gesserunt.

CYPRIANVS MAXIMO PRESBYTE-  
ro, item Vrbano, & Sidonio, & Maca-  
rio fratribus S.

LECTIS litteris vestris fratres charissimi, quas ad  
me de vestra regressione, & de ecclesiastica pace, ac

fraterna redintegratione fecistis, intantum me letatum  
esse confiteor, in quantum fueram & ante letatus, quan-  
do confessionis vestrae gloriam comperi, & militae ve-  
stra celestem ac spiritalem laudem gratulabundus exce-  
pi. Nam & haec fidei & laudis vestrae alia confessio est, v-  
nam esse Ecclesiam cõfiteri, nec alieni erroris, vel potius  
prauitatis participare fieri; repetere eadem castra vnde pro-  
didistis, vnde ad gerendum praelium & ad nerfarium subigē-  
dum fortissimis viribus profilitis. Illic enim erant de  
acie trophaea referenda, vnde ad aciem fuerant arma sus-  
cepta: ne quos ad gloria Christi parallet, eosdem glorio-  
sos Christi ecclesia nō haberet. Nunc verò & vos cõgruē-  
tem fidei vestrae tenorem, atque indiuiduē charitatis &  
cõcordiae legē dominica pace tēstis, & exemplum ceteris  
delectionis & pacis vestro itinere fecistis; vt Ecclesiae  
veritas & euangelici sacramenti vnitas, quae a nobis tene-  
batur, vestro etiam consensu ac vinculo ne cederetur: nec  
confessores Christi erroris duces fieret, qui virtutis & ho-  
noris auctores laudabiles extitissent. Viderint quantum  
vobis ceteri gratulētur, vel quantum apud seipsos singuli  
gloriantur: ego me & gratulari satis vobis & plus ceteris  
gloriari in hac vestra pacifica regressione & charitate con-  
fiteor: simpliciter enim quid in meo corde fuerit, de betis  
audire. Dolebam vehementer, & grauitate angebar, quod  
eis communicare non possē, quos semel diligere cõpissē.

Postea quam vos de carcere prodeuntes, schismaticus  
& haereticus error excepit, sic res erat, quasi vestra gloria in  
carcere remansisset. Illic enim reledisse vestri nominis  
dignitas videbatur, quando milites Christi non ad Eccle-  
siam de carcere redirent, in quem prius cum Ecclesia lau-  
de & gratulatione venissent. Nam etsi videntur in ecclesia  
esse zizania, nō tamen impediti debet aut fides, aut chari-  
tas nostra, vt quoniam zizania esse in Ecclesia verimus,  
ipsi de Ecclesia recedamus. Nobis tantummodo laborā-  
dum est, vt frumentum esse possimus, vt cum cæperit  
frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opere  
nostro & labore capiamus. Apostolus in epistola sua dicit:

In domo autem magna non solum vasa sunt aurea & argentea sed  
& lignea & fictilia, & quaedam quidem honorata, quaedam vero in-  
honorata. Nos operam demus, & quantum possumus labo-  
remus, vt vas aureum vel argenteum simus, ceterum & ficti-  
lia vasa confringere Domino soli cõcessum est, cui & vir-  
ga ferrea data est. Esse non potest maior de mino suo ser-  
uus. Nec quisquam sibi quod soli filio pater tribuit, vē-  
dicare potest, vt puer aut & ad aream ventilandam &  
purgandam, palam ferre se iam posse, aut a frumento vni-  
uersa zizania humano iudicio segregare. Superba est ista  
obstinatio, & sacrilega praesumptio, quam sibi futor pra-  
uus assumit. Et dum dominium sibi semper quidam,  
plusquam mitis iustitia deposcit, assumunt, de Ecclesia  
pereunt: & dum se insolenter extollunt, ipso suo timore  
cæcati, veritatis lumen amittunt. Propter quod & nos  
temperamentū tenentes, & libram Domini contempla-  
res, & Dei patris pietatem ac misericordiam cogitantes,  
diu multumque tractatu inter nos habito, iusta modera-  
tione agenda liberauimus. Quae omnia penitus potestis  
inspicere lectis libellis, quos hic nuper legeram, & ad  
vos quoque legendos pro communi dilectione transmi-  
leram, vbi lapsus nec censura deest, quae increpet, nec  
medicina, quae sanet. Sed & Catholicae Ecclesiae vni-  
tatem, quantum potuit, expresse nostra mediocritas  
Quem libellum magis ac magis, nunc vobis placere cõ-  
fido, quando eum iam sic legitis, vt & probetis, & ametis,  
si quidē quod nos verbis conscripsimus, vos factis imple-  
tis, quando ad Ecclesiam charitatis ac pacis vnitate re-  
meatis. Opto vos fratres charissimi ac desideratissimi se-  
per bene valere.

## ADNOTATIONES IN EPI- STOLAM LI.

1. Lectis litteris vestris] Habes has bis praefixas.

2. Nam & hoc fidei] Sic ex his hactenus omnes: Ms. vero  
Afflig. Dum. March. & vetus excussus: Nam & huius fi-  
dei.



3. Postea quam vos de carcere prodeuntes, &c.] Videntur hinc deducti à Nouatiano & Nouatiano, quum primum carcere sunt egressi, quod contigisse videtur eodem tempore, quo Cyprianus à secessu rediit. Ad annum autem integrum iam dudum ante, fuisse illos carcere inclusos patet ex epistola supra xvi. Verum de hoc latius in vita Cypriani scriptis eius collecta.

4. Nam & si videntur in ecclesia esse Zizanias] Quid sibi velit hoc loco Cyprianus, pulchre explicat D. Augustinus libr. 2. contra Cresconium Grammat. cap. 34. ubi recitatis verbis huius loci. Vides inquit frater secundum scripturas diuinas hoc precepisse Cyprianum, etiam propter malos. Qui cum sint à bonis vita moribusque spiritaliter separati, corporaliter tamen in ecclesia eis videntur esse permixti, usque in diem iudicii, quo etiam corporaliter debitas separabuntur ad penas. Non est ecclesia defendenda, tanquam frumenta propter paleam & zizanias, sicut nec domus magna, propter vasa inbonorata. Vides, audis, sentis, capis, intelligis, quanto scelere, propter eos qui vobis siue recte siue cum fallimini displicent, separamini ab ecclesia quæ toto orbe diffunditur? Et rursum cap. 37. Vos contumacia malorum Afforum perisse dicitis Ecclesiam de orbe terrarum, & in parte Donati eius reliquias remansisse, contra Cyprianum apertissime sentientes, qui dicit: nec malorum permixtione bonos perire in ecclesia, nec eosdem malos posse ante tempus iudicii Diuini à bonorum permixtione separari. Quia verba prolixius citauimus, ut agnoscat inde lector, per 2. rursus per vasa inbonorata & scilicet, non alius intelligere Cyprianum, quam malos existentes in ecclesia. Habet similia idem D. August. libr. contra Gaudentinum secundo, qui adiectus est à Lipsio in editione Frobeniana, sed perperam, tertius contra Gaudentinum inscribitur. Nam (ut hoc obiter dicamus) libri duo qui prius exstant, non nisi unus est, & primus liber, alter vero qui recens adiectus est, secundus est liber. Quod perspicuum est ex lib. Retract. 2. cap. 9. ubi dicit se ambas Gaudenti Epist. uno libro relatuissse, cui quum respondisset altero libro Gaudentius, se illud quidquid fuit sine rescripto relinquere noluisse. Hinc factum esse, ut duo sui ad illum libri scripti essent. Sed hoc hactenus. Si quis August. non credit, ipsum Cyprianum legat infra epistola ad Antonianum ubi scripsimus his verbis recitatis, suam sententiam multis verbis explicat. Sinistre igitur utrumque hinc locum detorquet hoc loco in suis adnotationibus Erasmus ad hereticos, cum tantum abest ut de illis loquatur, ut potius contra hereticos & schismaticos Nouatianos agat, qui se separabant ab ecclesia, eo quod mali lapsi nempe qui idola sacrificarent in Ecclesiam reciperentur. Verum ob epistola huius breuitatem, latiore hac de re tractatum ad eam epistolam differemus.

5. Nobis tantummodo] Veram hanc lectionem Ms. & veteris excusis codicum confirmat D. Augustinus loco citato, contra Cresconium. Pro quo Remboldus nescio unde substituit: imo sed Erasmus diuinauit legendum, modo. Alludit autem ad locum Matth. 13.

6. scilicet vasa confingere] Alludit ad illud Psal. 2. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vni fingi confinger eos. Legit autem vas fictile, paraphrasticè pro vasa fictili: Dicunt autem hoc soli filio à patre tributū, docet verba illa Psal. 137. esse patris ad filium.

7. vendicare potest] ut patet aut ad arcem] Pulchre se restituit hic locus à Manutio, pro quo alibi mendose legitur: vendicare se putet, ut ad arcem. Antea eundem locum castigat Cæsius, sed ille legit: vendicari, pro eo quod habet Manutius: vendicare potest, neutrum autem displicet.

8. ad arcem purgandam & ventilandam, palam ferre se iam posse] Ita primus hunc locum restituit H. Grauius, pro eo quod erat: paleam. Est autem pala instrumentum rusticum vulgo notum. Apud Matth. cap. 5. (ad quem locum haud dubie alludit Cyprianus) Grace est *πάλαιον*, quod vetus interpres vertit ventilabrum. Tertull. vero li. de fuga in persequens. Cyprianus hoc loco & infra epistola ad Antonianum. D. August. quoque in Psal. 92. palam transfulerunt. Et castigandus est hoc pacto etiam D. Hieron. contra Lucifer. quum dicit. Nemo potest Christi palam sibi assumere, nemo ante iudicii diem de hominibus iudicare &c. quo loco hactenus legitur: Palam, quem errorem etiam aliorum latinorum libros inuasisse dicit Grauius. D. tamen Augustin. contra Crescon. ita legit: ad arcem purgandam & ventilandam paleam, ventilabrum ferre se iam posse. Et certe probaretur mihi magis hac lectio, nisi epistola ad Anton. ita castigandi non esset locus: præsertim quum eum ipsum locum quemadmodum nos legat D. August. libr. 4. de bapt. contra Donatist. Accedunt etiam Ms. cod. Afflig. Dün. & March. qui constanter legunt: palam, nec vltiam vox: ventilabrum, interseritur.

9. Et dum dominium sibi semper] Etiam hanc castigationem H. Grauius acceptam debemus, pro eo quod erat: dominum, corruptum fime. Manutius quidem (quantum arbitror sequutus D. August. loco iam dicto) utrumque omittit, & si id fiat, constabit sensus, verum quum Ms. cod. Dinenfis & Cauchij legant: dominium, & ceteri Ms. alterum habeant, malui denique in textum inferere.

10. lectis libellis] Videntur hinc colligi, plures à Cypriano conscriptos libros de lapsis, atque adeo fortassis hinc comprobari possit auctoritas libri ad Nouatianum de lapsis.

11. Sed & Catholice ecclesie unitatem &c.] Ex hoc loco primus ego, quod sciam, ante annos complures deprehendi, librum Cypriani qui hactenus inscribitur de Simplicitate & Prælatorum, esse illum quem hic scripsisse se dicit: de unitate ecclesie Catholice: verum de hoc plura suo loco.

12. remeatis] Ita Ms. tres & vni gati typis & rectius meo iudicio, quam Manutius & Morelius: remeatis.



## AD ANTONIANVM DE CORNELIO & Nouatiano.

### EPISTOLA LII

ARG. Quum Antonianus acceptis litteris à Nouatiano, in partes illius animo propendere cepisset, confirmat illum Cyprianus in priori sententia, ut nempe cum Cornelio, hoc est, cum Ecclesia Catholica communicare pergat. Quod ut persuadeat, totius tragedie inter Cornelium & Nouatianum historiam textis, & Cornelium virum optimum & legitime electum: Nouatianum vero multis sceleribus obnoxium illegitimam electionem usurpasse docet: obiter etiam sub initium epistolæ se excusans, de mutata quod ad lapsum rationem attinet sententia; & sub finem in quo Nouatiana hæresis consistat, explicans.

### CYPRIANVS ANTONIANO FRATRI Salutem.

ACCIPERE primas litteras tuas frater charissime, concordiam collegij sacerdotalis firmiter obtinentes, & Catholice ecclesie coherentes, quibus significasti cum Nouatiano te non communicare, sed sequi consilium nostrum, & cum Cornelio coepiscopo nostro vnum tenere consensum. Scripsisti etiam, ut exemplum earundem litterarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut deposita omni sollicitudine iam sciret, te & feci hoc est cum Catholica Ecclesia communicare. Sed enim superuenerunt postmodum alie litteræ tuæ: per Quintum compresbyterum misse, in quibus animaduerti animum tuum Nouatiani litteris motum nutare cepisse. Nā cum & consilium & consensum tuum firmiter acceperis, desiderasti in his litteris, ut rescriberem tibi, quam hæresim Nouatianus introduxisset, vel Cornelius quare ratione Trophimo & Thurificatis communicet. Quod quidem si pro sollicitudine fidei anxie curas, & rei dubie veritatem sollicitus exploras; reprehendenda non est in timore diuino æstuantis animi sollicitudo suspensa. Quoniam tamen video, post primam sententiam epistolæ tuæ, Nouatiani litteris postmodum te esse commotum, illud frater carissime, primo in loco pono: graues viros, & semel super petra solida stabilitate fundatos, nō dico aura leui, sed nec vento aut turbine commoueri, ne animus dubius & incertus variis opinionibus, velut quibusdā ventorum incurstantium flatibus, frequenter agitur, & à proposito suo cum quadam leuitatis reprehensione mutetur. Quod ne vel apud te, vel apud quemquam Nouatiani litteræ faciant; ut desiderasti frater, rationem rei tibi breuiter exponam. Et quidem primum, quoniam de meo quoque actu motus videris, mea apud te & persona, & causa purganda est, ne me aliquis existimet à proposito meo leuiter recessisse: & cum euangelicum vigorem primo & inter initia defenderim, postmodum videar animum meum à disciplina, & censura priore flexisse; ut his, qui libellis conscientiam suam maculauerint, vel nefanda sacrificia commiserint, laxandam pacem putauerim. Quod utrumque non sine librata diu & ponderata ratione, à me factum est. Nam cum acies adhuc inter manus esset, & prælium gloriosi certaminis in persecutione ferueret, toto hortatu, & pleno impetu militum vires fuerat excitanda, & maxime lapsum mentes classico quodā nostræ vocis animanda; ut penitentiam viam non solum, precibus & lamentationibus sequerentur, sed (quoniā repetendi certaminis & reparandæ salutis dabatur occasio) ad confessionis potius ardorem, & martyrij gloriam nostris incepti vocibus prouocarentur. Denique cum de quibusdā ad me presbyteri & diaconi scripsissent, eos immoderatos esse, & ad communicationem accipiendam festinanter virgere; rescribens eis in epistola mea quæ extat, & hoc addidi: Qui si nimium properant, habet in sua potestate quod postulant, tempore ipso sibi plus quam postulant, largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur. Si commissi vere & firmiter peni-

ret,



ter, & fidei calor præualeat, qui differri non potest, potest coronari. De eo tamen quod statuendum esse circa causam lapsorum distuli; ¶ cum quies & tranquillitas data esset, & Episcopis in vnum conuenire indulgentia diuina permitteret, tunc communicato & librato de omnium collocacone consilio, statueremus quid fieri oporteret; si quis vero ante consilium nostrum, & ante sententiam de omnium consilio statutam, lapsis temere communicare voluisset, ipsa communicatione abstinere. ¶ Quod etiam Romam ad Clerum tunc adhuc sine Episcopo agentem, & ad Confessores Maximum presbyterum, & ceteros in custodia constitutos, ¶ nunc in Ecclesia cum Cornelio iunctos, plenissime scripsi: ¶ quod me scripsisse, de eorum re scriptis poteris noscere, nam in epistola sua ita posuerunt: Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipse tractasti, prius esse Ecclesie pacem sustinendam; deinde sic collatione consiliorum cum Episcopis, presbyteris, diaconibus, confessoribus ¶ pariter ac stantibus laicis facta, lapsorum tradere rationem. Additum est etiam ¶ Nouatiano tunc scribente, & quod scripserat sua voce recitante, & presbytero Moyse, ¶ tunc adhuc confessore, nunc iam martyre subscibente, vt lapsis infirmis, & in exitu constitutis pax daretur. Quæ litteræ per totum mundum missæ sūt, & in notitiis Ecclesiis omnibus, & vniuersis fratribus perlatæ sunt. Secundum quod tamen ante fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas in vnum conueniendi, ¶ copiosus Episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protegit, in vnum conuenimus, & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libauimus, vt nec in totum spes communicationis & pacis ¶ lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, & eo quod sibi Ecclesia clauderetur, secuti seculum gentiliter vniuerent; nec tamen rursus censura evangelica solueretur, vt ad communicationem temere posuissent; sed traheretur diu poenitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causæ & voluntates, & necessitates singulorum, ¶ secundum quod libello continetur quem ad te prouenisse confido, vbi singula placitorum capita conscripta sunt. Ac si minus sufficiens Episcoporum in Africa numerus videbatur, ¶ etiam Romæ super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, ¶ qui & ipse cum plurimis coepiscopis habito concilio, in eadem nobiscum sententiâ pari grauitate & salubri moderatione consensit. ¶ De quo tibi necesse nunc fuit scribere, vt scias me nihil leuiter egisse sed secundum quod litteris meis fueram ante complexus, omnia ad comune concilij nostri consilium distulisse, & nemini quidem ex lapsis prius communicasse; quando adhuc erat, vnde non tantum indulgentiam, sed & coronam ¶ lapsis acciperet: postea tamen sicut collegij concordia, & collegendæ fraternitatis, ac medendi vulneris vilitas exigebat, necesse erat temporis succubuisse, & saluti multorum prouidendum putasse, & nunc ab his non recedere, quæ semel in concilio nostro de communi collocacone placuerunt, quâuis multa multorum vocibus ventilentur, & mendacia aduersus sacerdotes Dei, & diaboli ore prolata, ad rûpêdam Catholicæ vnitatis concordia vbiq; iacentur. Sed te oportet vt boni fratrem atque vniuersem confacerdotem, non quid maligni atque apostatæ dicant facile suscipere, sed quid college tui modesti & graues viri faciant, de vitæ & disciplina nostræ exploratione pendere. ¶ Venio iam nunc frater charissime, ad personam Cornelij collegæ nostri; vt Cornelium nobiscum verius noueris, non de malignorum & detrahentium mendacio, sed de Domini Dei iudicio, qui Episcopum fecit, & coepiscoporum testimonio, quorum numerus vniuersus per totum mundum concordii vniueritate consensit. Nam, quod Cornelium charissimum nostrum Deo & Christo, & Ecclesie eius, item confacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat; non ite ad Episcopatum subito peruenit, sed ¶ per omnia ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus Domini sæpe promeritus, ad sacerdotij sublimem fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tum

deinde Episcopatum ipsi nec postulat nec voluit, nec vt ceteri quos arrogantiæ & superbiæ suæ tumor inflat, inuasit; sed quietus & modestus, & quales esse consueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, ¶ pro pudore virginis cōscientiæ suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi & custodiæ verecundiæ, non vt quidam vim fecit, vt Episcopus fieret; sed ipse vim passus est, vt Episcopatum coactus exciperet. ¶ Et factus est Episcopus à plurimis collegis nostris, qui tunc in vrbe Roma aderant, qui ad nos litteras honorificas, & laudabiles, & testimonio suæ prædicationis illustres de eius ordinatione miserunt. Factus est autem Cornelius Episcopus de Dei & Christi eius iudicio, de Clericorum pene omnium testimonio, de plebis, quæ tunc affuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio; cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedræ sacerdotialis vacaret, quo occupato de Dei voluntate, atque omnium nostrum consensione firmato; quicquid iam Episcopus fieri veluerit, fortis fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesie non tenet vnitatem, quicquid ille fuerit, multum de se licet iactans, & sibi plurimum vendicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, ¶ quicquid post vnum, qui solus esse debeat, factus est, iam secundus ille, sed nullus est. Tum deinde post Episcopatum non exarbitum, nec extortum, sed de Dei, qui sacerdotes fecit, voluntate susceptum, quanta in ipso suscepto Episcopatu suo virtus? quantum robor animi? qualis firmitas fidei? quod nos simplici corde & perspicere penitus, & laudare debemus: ¶ sedisse intrepidum Romæ in sacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infestus sacerdotibus Dei fanda, atque infanda committeretur; cum multo patientius & tolerabilius audiret leuari aduersus se emulum principem, ¶ quam constitui Romæ æmulum sacerdotem. Nonne hic frater charissime summo virtutis & fidei testimonio prædicandus est? nonne inter gloriosos confessores & martyres deputandus, qui tantum temporis sedit expectans corporis sui carnifices, & tyranni ferocientis virores, qui Cornelium aduersus edicta feralia resistentem, & minas, & cruciatus, & tormenta fidei vigore calcantem, ¶ vel gladio inuaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere poenarum viscera eius & membra laniarent? Etiam si maiestas Domini protegens & bonitas sacerdotem, quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen Cornelius, quantum ad eius deuotionem pertinet & timorē, passus quicquid pati potuit, & tyrannum armis, & bello postmodum victum, prior sacerdotio suo vicit. Quod autem quædam de illo inhonesta & maligna iactantur, nolo mirari; cum scias hoc esse opus semper diaboli, vt seruos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet; vt qui conscientie suæ luce clarescunt, alienis rumoribus sordidentur. Explorasse autem collegas nostros scias, & verissime compertisse, nulla illi libelli, vt quidam iactant, labe maculatum esse, sed neque cum Episcopis, qui sacrificauerunt, communicationem sacrilegam miscuisse; sed eos demum, quorum causa audita & innocentia comprobata sit, coniunxisse nobiscum. Nā & de Trophimo, de quo scribi desiderasti, non ita res est, ¶ ut ad te pertulit rumor, & mendacium malignorum. Nā sicut antecessores nostri sæpe fecerunt, colligendis fratribus nostris charissimus frater noster Cornelius ¶ necessitati succubuit: ¶ & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nūc ad Ecclesiam Trophimo, & satisfaciente, & poenitentia deprecationis errorem pristinum consistente, & fraternitatem, quam nuper abstaxerat, cum plena humilitate & satisfactione reuocante, audita sunt eius preces, & in Ecclesiam Domini, non tam Trophimus quam maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est: qui omnes regretur ad Ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comitate venissent. ¶ Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito, susceptus est Trophimus; pro quo satisfaciebat fratrum reditus, & restitudo multorum salus: sic tamē admissus est Trophimus, ¶ vt laicus communicet; non secundum

quod

CYPRIANI  
EPIPHANI  
OPERA.



quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quasi locū sacerdotis vſurper. Sed & quod paſſim cōmunicare ſacrificatis Cornelius tibi nūciatus eſt, hoc etiā de apoſtatarum fictis rumoribus naſcitur. Neque enim poſſunt laudare nos qui recedūt: aut expeſtare debemus vt placeamus illis, qui nobis diſplicētes, & contra Eccleſiā rebelles, ſollicitandis de Eccleſiaſtatibus violententer inſiſtunt. Quare & de Cornelio, & de nobis quæcunque iactantur, nec audias facile, nec credas frater chariſſime. Si qui enim infirmitatibus occupantur, illis, ſicut placuit, in periculo ſubuenitur: poſteaquam tamen ſubuentum eſt, & periclitantibus pax data eſt, ſuffocari à nobis non poſſunt, aut opprimi, aut vi & manu noſtra in exitum mortis virgeri: vt quoniam morientibus pax datur, necesse ſit mori eos qui acceperint pacem: cū magis in hoc iudicium diuinæ pietatis, & paternæ lenitatis appareat, quod qui pignus vitæ in data pace percipiunt, hic quoque ad vitam percepta pace teneantur.<sup>38</sup> Et iccirco ſi accepta pace cōmeatus à Deo datur, nemo hoc debet in ſacerdotibus criminari cum ſemel placuerit fratribus in periculo ſubueniri.<sup>39</sup> Nec tu exiſtimes frater chariſſime, ſicut quibuſdā videtur, libellicos cum ſacrificatis æquari oportere; quādo inter ipſos etiam qui ſacrificauerint, & conditio frequenter, & cauſa diuerſa ſit. Neque enim æquandi ſunt, ille qui ad ſacrificiū nefandum ſtatim voluntate<sup>40</sup> proſiliuit; & qui relictus & congreſſus diu ad hoc ſuſtinet opus neceſſitate peruenit: ille qui ſe & omnes ſuos prodidit; & qui ipſe pro cunctis ad diſcrimen accedens, vxorem, & liberos, & domum totam periculi ſuſperſione protegit: ille qui in quiliſ, vel amicis ſuos ad facinus cōpult, & qui in quiliſ & colonis perpetit, fratres etiā plurimos, qui extorres & profugi recedebāt, in ſua tecta & hoſpita recepit, oſtēdens & offerēs Domino multas<sup>41</sup> viuētes & incolūmes animas, quæ pro vna ſauicia deprecantur. cum ergo inter ipſos qui ſacrificauerint, multa ſit diuerſitas, quæ inclementia eſt, & quam acerba duritia, libellaticos cum iis qui ſacrificauerint, iungere? quādo is cui libellis acceptus eſt, dicat: Ego prius legerā & Epīſcopo tractante cognoueram, non ſacrificandum idolis, nec ſtimulacra ſequi Deū adorare debere; & iccirco ne hoc facerem, quod non licebat (cum occaſio libelli fuiſſet oblata, quæ nec ipſum acciperem, niſi oſtēſa fuiſſet occaſio) ad magiſtratū vel veni, vel alio eunte mandauit: Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire nō poſſe, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam. Nunc tamē etiam iſte qui libello maculatus eſt, poſtea quam nobis admonentibus didicit nec hoc ſe facere debuiffe, & ſi manus pura ſit, & os eius feralis tibi contagia nulla polluerint, conſcientiam tamē eius eſſe pollutā, ſit auditis nobis, & lamētur, & quod deliquerit nunc admonetur, & nō tam crimine, quam errore deceptus, quod iam de cetero inſtructus, & potatus ſit, conteſtatur.<sup>42</sup> Quorum ſi poenitentiam reſpuamus habētium aliquam fiduciā tolerabilis conſcientiæ, ſtatim cum vxore, cum liberis quos incolūmes reſeruauerant, in hæreſim vel ſchiſma<sup>43</sup> diabolo inuitante rapiuntur: & adſcribetur nobis in die iudicii, nec ouē ſauiciā curāſſe, & propter vnam ſauiciam multas integras perdidiffe. Et cū Dominus relictis nonaginta nouem ſanis vnam errantē & laſſam quæſerit, & inuentam humeris ſuis ipſe portauerit;<sup>44</sup> nos non tantum non quæramus lapſos, ſed & venientes arceamus: & cum pleudoprophete gregem Chriſti nunc vaſtare & lacerare non deſinant, occaſionē canibus & lapſis demus, vt quos perſecutio inſeſta nō perdidit, eos nos duritia noſtra & inhumanitate perdamus. Et vbi erit frater chariſſime quod apoſtolus dicit? Omnibus per omnia placeo, non querens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis vt ſaluentur. Imitatores mei eſſote ſicut & ego Chriſti. Et iterum: Factus ſum infirmus infirmis, vt infirmos lucrarer. Et iterum: Si patitur membrum vnum, compatiantur & cetera membra.<sup>45</sup> & ſi letatur vnum membrum, collatantur & cetera membra. Alia eſt Philoſophorum & Stoicorum ratio frater chariſſime, qui dicunt omnia peccata paria eſſe, & vitum granē non facile fleſſi oportere, inter Chriſtianos autē & philoſophos plurimū diſtat. Et cū Apoſtolus

dicat: <sup>46</sup> Videte ne quis vos depraderetur per philoſophiam & inanem fallaciam, vitanda quæ non de Dei clementia veniunt, ſed de philoſophiæ durioris præſumptione deſcendunt. De moyſe autem legimus in ſcripturis dictum: *Et fui Moyſes homo lenis nimis.* Et Dominus in euangelio ſuo dicit: *Eſſote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt veſtri.* Et iterum: <sup>47</sup> Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus. Quam poteſt exercere medicinam, qui dicit: ego ſolos ſanos curo, quibus medicus neceſſarius non eſt? Opem noſtram, medelam noſtram vulneratis exhibere debemus. Nec putemus mortuos eſſe, ſed magis ſemianimes iacere eos, quos perſecutione ſuſcita ſauiciatos videmus: qui ſi in totum mortui eſſent, nunquam de eiſdem poſt modum & conſeſſores & martyres fierent. Sed quoniam eſt in illis<sup>48</sup> quod poenitentia ſequente reualeſcat, <sup>49</sup> ad fidem, & ad virtutem de poenitentia robur armatur; quod armari non poterit, ſi quis deſperatione deſiciat, ſi ab Eccleſia dure & crudeliter legregatus, ad gentiles ſe vias & ſecularia opera conuertat, vel ad hæreticos & ſchiſmaticos reiectus ab Eccleſia traſeat.<sup>50</sup> Vbi eſti occiſus propter nomen poſtmodum fuerit extra Eccleſiam conſtitutus, & ab vnitate atque à charitate diuiſus, coronari in morte nō poterit. Et ideo placuit frater chariſſime examinatis cauſis ſingulorum, libellaticos interim admitti,<sup>51</sup> ſacrificatis in exitu ſubueniri,<sup>52</sup> quia ex omologēſis apud inferos nō eſt, nec ad poenientiā quis à nobis compelli poteſt, ſi fructus poenitentiae ſubtrahatur. Si prælium prius venerit, corroboratus à nobis inuenietur armatus ad prælium: ſi vero ante prælium infirmitas vſerit, <sup>53</sup> cum ſolatio pacis & communicationis abſcedit. Neque enim præiudicamus Domino iudicatur, quo minus ſi poenitentiam plenam & iuſtam peccatoris inuenit, tunc ratum faciat, quod à nobis fuerit hic ſtatutum. Si vero nō, <sup>54</sup> ſi poenitentiae ſimulatione deluſerit; Deus qui non derideret, & qui cor hominis intuetur, de his quæ nos minus perſpeximus, iudicat, & ſeruorum ſententiam Dominus emēdit; dum tamen nos meminiffe frater debeamus ſcriptum eſſe: *Frater fratrem adiuvans exaltabitur.* Et Apoſtolus quoque dixiſſe: <sup>55</sup> *In contemplatione habentes vnusquisque, ne & vos tentemini, alterutrum onera ſuſtinete, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Item quod ſuperbos redarguens & arrogantiam frangens in epīſtola ſua ponat: *Et qui ſe putat ſtare, videat ne cadat.* Et alio in loco dicat: *Tu quis es qui iudicās alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit; ſtabis autem, potens eſt enim Deus ſtatuer eum.* Ioannes quoque Ieſum Chriſtum aduocatum & deprecatorem pro peccatis noſtris probet dicens: *Filioli mei iſta ſcribo vobis ne delinquatis, & ſi quis deliquerit, aduocatum habemus apud patrem, & Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt deprecatio pro delictis noſtris.* Et Paulus quoque Apoſtolus in Epīſtola ſua poſuit: <sup>56</sup> *Si cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis nunc iuſtificati in ſanguine illius, liberabimur per illum ab ira.* Cum pietatem & clementiam cogitantes, nō acerbis adeo, nec duri, nec in fouēdis fratribus inhumani eſſe debemus: ſed dolere cū dolentibus, & cum ſlentibus flere, & eos quantum poſſumus auxilio & ſolatio noſtræ dilectionis erigere, nec adeo immites & pīnaces eorū poenientiā retundēdā, nec iterū ſoluti & faciles ad communicationem temere laxandam. Iacet ecce ſauicius frater ab aduerſario in acie vulneratus. Inde diabolus conatur occidere quem vulnerauit, hinc Chriſtus hortatur ne in totum perat, quem redemit. Cui de duobus aſſiſtimus, <sup>57</sup> in cuius partibus ſtamus? vtrum ne diabolo fauimus vt perimat, & ſemianime fratrem iacentem, ſicut in Euangelio ſacerdos & leuitas præterimus? an vero vt ſacerdotes Dei & Chriſti, quod & Chriſtus docuit, & fecit imitantes, vulneratum de aduerſarij faucibus rapimus, vt curatum Deo iudici reſeruemus? <sup>58</sup> Nec putes frater chariſſime, hinc aut virtutē fratrum minui, aut martyria deſicere, quod lapſis laxata ſit poenitentia, & quod poenitentibus ſpes pacis oblata. Manet vere ſidentium robur immobile, & apud timentes ac diligentes corde toto Deum ſtabilis & fortis perſeuerat integritas. Nam & moechis à nobis poenitentiae tempus conceditur, & pax datur, non tamen idcirco virginitas in eccleſia deſicit, aut continen-

Nom. 11.  
Luc. 6.  
Matth. 9.

Gal. 6.  
1. Reg. 16.

Prover. 28.  
Gal. 6.

1. Cor. 10.  
Rom. 14.

1. Ioan. 1.

Rom. 5.

Luc. 10.

Luc. 13.

Matth. 18.

1. Cor. 9.

1. Cor. 14.

1. Cor. 9.

1. Cor. 12.

Coloss. 2.



trix propositum gloriosum per aliena peccata languescit. Floret Ecclesia tot virginibus coronata, & castitas ac pudicitia tenorem gloriæ suæ servat, nec quia adultero penitentia & venia laxatur, continentia vigor frangitur. Aliud est, ad veniam stare, aliud ad gloriam pervenire: <sup>59</sup> aliud missum in carcerem non exire inde, donec solvat novissimū quadransum; aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne; aliud peccata omnia passione purgasse: aliud denique <sup>60</sup> pendere in die iudicii ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari. Et quidem apud antecessores nostros quidam de Episcopis istic in provincia nostra <sup>61</sup> dandam pacem mœchis non putaverunt, & in totum penitentia locum contra adulteria clausurunt; non tamen à coepiscoporum suorum collegio recesserunt, aut catholice ecclesiæ unitatem vel unitatem, vel censuræ suæ obstinatione rupe- runt; ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat, de ecclesia separaretur. <sup>62</sup> Manente concordia vinculo & perseverante catholice Ecclesiæ indivisio sacramēto, ædum suū disponit & dirigit unusquisque Episcopus, rationem propositi sui Domino redditurus. <sup>63</sup> Miror autem quosdam sic obstinatos esse, ut dandam non putent lapsis penitentiam, aut penitentibus existimet veniam denegandam, cum scriptum sit: *memento unde cecideris, & age penitentiam, & fac priora opera.* Quod utique ei dicitur, quem constat cecidisse, & quem Dominus hortatur per opera rursus exurgere, quia scriptum est: *Eleemosyna à morte liberat;* & non utique ab illa morte, quam semel Christi sanguis exstinxit, & qua nos salutaris baptismi & redemptoris nostri gratia liberauit, sed ab ea, quæ per delicta postmodum serpit. Alio item loco penitentia tempus datur, & penitentiam non agenti Dominus comminatur. <sup>64</sup> *Habeo,* inquit, *adversus te multa, quod uxorem tuam lezabel, quæ se dicit prophetam, sinis docere & seducere servos meos, fornicari.* <sup>65</sup> & manducare de sacrificiis, & de illi tempus ut penitentiam ageret, <sup>66</sup> & penitere non vult à fornicatione. Ecce mitto eam in lectum & qui cum ea fornicati sunt, in maximam tribulationem, nisi penitentiam gesserint ab operibus suis. Quos utique ad penitentiam Dominus non hortaretur, nisi quia penitentibus indulgentiam pollicetur. Et in Evangelio: *Dico inquit vobis sic erit gaudium in celo* <sup>67</sup> *super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem iustis, quibus non est opus penitentia.* Nam cum scriptum sit: *Deus mortem non fecit, nec latetur in perditione vivorum;* utique qui neminem vult perire, cupit peccatores penitentiam agere, & per penitentiam de novo ad vitam redire. Ideo & per Iohel prophetam clamat & dicit: *Et nunc dicit Dominus Deus: Revertimini ad me ex toto corde vestro, simulque & ieiunio, & fletu, & planctu, & discindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & revertimini ad Dominum Deum vestrum: quia misericors & pius est, & patiens, & multa miserationis, & qui sententiam flectit adversus malitias irrogatas.* In psalmis etiam legimus censuram pariter & clementiam Dei comminantis simul atque parcentis; punientis ut corrigat, & cum correxerit referuantis. *Visitabo,* inquit, *in virga scinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis.* Dominus quoque in Evangelio pietatem Dei patris ostendens ait: *Quis est ex vobis homo quæ si petierit filius eius panem lapidem* <sup>68</sup> *porriget illi: aut si piscem posculetur, serpentem illi porriget? Si ergo vos, cum sitis nequam, scitis bona data dare filijs vestris, quando magis pater vester celestis dabit bona poscentibus se?* <sup>69</sup> Comparat hic Dominus carnalem patrem & Dei patris æternam largamque pietatem: quod si iste in terris nequam pater offensus graviter à filio peccatore & malo, si tamen eundem postmodum viderit reformatum, & depositis prioris vitæ delictis, ad sobrios & bonos mores, & ad innocentia disciplinam penitentia dolore correctum, & gaudet & gratulatur, & susceptum quem ante prolecebat, cum voto paternæ exultationis amplectitur; quanto magis vnus ille & verus pater bonus misericors & pius, immo ipsa bonitas & misericordia & pietas lætatur in penitentia filiorum suorum, nec iram peni-

tentibus, aut plangentibus & lamentantibus poenam comminatur, sed veniam magis & indulgentiam pollicetur? Vnde Dominus in evangelio beatos dicit plangentes, quia qui plangit, misericordiam prouocat: qui perucax & superbus est, iram sibi & poenam iudicii venientis exaggerat. *Ericeiro frater charissime,* <sup>70</sup> penitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde & manifesta lamentationis sue professione testantes, prohibendos omnino censuimus ad spe communicationis & pacis, si in infirmitate atque in periculo cæperint deprecari; quia rogare illos non delicti penitentia, sed mortis virgentis admonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum. <sup>71</sup> Quod vero ad Nouatiani personam pertinet, frater charissime, de quo desiderasti tibi scribi, quam heresim introduxisset; scias nos primo in loco <sup>72</sup> nec curiosos esse debere quid ille doceat, cum foris doceat. Quisquis ille est, & qualiscunque est, Christianus non est, qui in Christi Ecclesia non est. <sup>73</sup> Iacet se licet, & philosophiam vel eloquentiam suam superbis vocibus prædicet; qui nec fraternam caritatem, nec ecclesiasticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amisit. Nisi si Episcopus tibi videtur, qui Episcopo in ecclesia a sedecim coepiscopis factus, adulter, atque extraneus Episcopus fieri à desertoribus per ambitum nititur: & cum sit à Christo vna ecclesia per totum mundum in multa menti bra diuisa, item <sup>74</sup> episcopatus vnus, episcoporum multorum concordia numerositate diffusus; ille post Dei traditionem, post connexam & vbiq; coniunctam Catholicæ Ecclesiæ unitatem, humanam conetur Ecclesiam facere, & per plurimas ciuitates novos Apostolos suos mittat, ut quædam recentia institutionis sue fundamenta constituat; cumque iam pridem per omnes prouincias, & <sup>75</sup> per vbes singulas ordinati sint Episcopi in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti; ille super eos <sup>76</sup> creare alios pseudoepiscopos audeat. Quasi possit aut totum orbem non conatus institutione peragraré, aut ecclesiastici corporis compaginem discordia suæ seminatione rescindere; nesciens schismaticos semper inter initia feruere, incrementa vero habere non posse, nec augere quod illicite cæperint, sed statim cum praua sua æmulatione deficere. <sup>77</sup> Episcopatu autem tenere non possit, etiam si Episcopus prius factus, à coepiscoporum suorum corpore, & ab Ecclesiæ unitate desisteret; quando Apostolus admonet, ut inuicem nosmetipsos sustineamus, ne ab unitate quam Deus constituit, recedamus, & dicat: *Sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem Spiritus in coniunctione pacis.* Qui ergo nec unitatem Spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab Ecclesiæ vinculo atque à sacerdotum collegio separat; Episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui Episcopatus nec unitatem voluit tenere, nec pacem. <sup>78</sup> Tum deinde quantus arrogantia tumor est, quanta humilitatis & lenitatis obliuio, arrogantia suæ quanta iactatio, ut quis aut audeat, aut facere se possit credat, quod nec apostolis concessit Dominus, ut zizaniam à frumento putet se posse discernere, aut quasi ipsi paleam ferre & aream purgare concessum sit, paleas conetur à tritico separare. Cuique Apostolus dicat: *In domo autem magna non solum vasa aurea sunt & argentea, sed & lignea & fictilia;* aurea & argentea vasa videatur eligere, lignea vero & fictilia contemnere, abicere, damnare; quando non nisi die Domini vasa lignea diuini ardoris incendio concrementur, & fictilia ab eo cui data est ferrea virga, frangantur. Aut si se cordis & renis scrutatorem constituit & iudicem, per omnia æqualiter iudicet, & cum sciat scriptum esse: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat* <sup>79</sup> fraudatores & mœchos à latere atque à comitatu suo separet: quando multo & grauior, & peior sit mœchi quam libellatici causa, tum hic necessitate, ille voluntate peccauerit: hic existimās sibi satis esse quod nō sacrificauerit, errore deceptus sit ille matrimonij expugna-

Matt. 5.

Ephes. 4.

Matt. 15.

1. Tim. 2.

Psalm. 2.

Ionn. 5.

tor

CYPRIANI  
EPIPHANI  
OPERA.



1. Cor. 6.

1. Cor. 12.

Ephes. 5.

Coloss. 3.

Ezech. 18.

tor alieni, vel lupanar ingressus, ad cloacam & cœnosam voraginem vulgi, sanctificatum corpus & Dei templum detestabili colluione violauerit: sicut Apostolus dicit: *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem machatur, in corpus suum peccat.* Quibus tamen & ipsis pœnitentia conceditur, & lamentandi ac satisfaciendi spes relinquitur, secundum ipsum Apostolum dicentem: *Timeo, ne forte veniens ad vos, lugeam multos ex ijs qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam de immunditijs quas fecerunt & fornicationibus & libidinibus.* Nec sibi in hoc noui hæretici blandiantur, quod se dicant idololatris non communicare; quando sint apud illos & adulteri & fraudatores, qui teneantur idololatriz crimine, secundum Apostolum dicentem: *⁴⁰ Hoc enim scitote, intelligentes quia omnis fornicator aut immundus, aut fraudator, quod est idololatria, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.* Et iterum: *Mortificate itaque membra vestra quæ in terra sunt.* *⁴¹* exponentes fornicationem, immunditiam, & concupiscentiam malam, & cupiditatem, quæ sunt idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei. Nam cum corpora nostra membra sint Christi, & singuli sumus templum Dei, quisquis adulterio templum Dei violat, Deum violat, & qui in peccatis committendis voluntatem diaboli facit, demonijs & idolis seruit. Neque enim mala facta de sancto Spiritu veniunt, sed de aduersarii instinctu; & de immundo spiritu natæ concupiscentiæ contra Deum facere, & diabolo seruire compellunt. Ita fit, ut si peccato alterius inquinari alterum dicunt, & idololatriam delinquentis ad non delinquentem transire sua asseueratione contendunt; excusari secundum suam vocem non possint ab idololatriz crimine, cum constet de Apostolica probatione, mœchos & fraudatores, quibus illi communicant idololatrias esse. Nobis autem secundum fidem nostram, & diuinæ prædicationis datam formam, competit ratio veritatis, vnumquemque in peccato suo ipsum teneri, *⁴²* nec posse alterum pro altero reum fieri, cum Dominus præmoneat & dicat: *Iustitia iusti super eum erit, & scelus scelerati super eum erit.* Et iterum: *Non morientur patres pro filijs, & filij non morientur pro patribus. Vnusquisque in peccato suo morietur.* *⁴³* Qui illegentes scilicet & tenentes, neminem putamus a fructu satisfactionis & spe pacis arcendum; cum sciamus iuxta scripturarum diuinarum fidem, auctore & hortatore ipso Deo, & ad agendam pœnitentiam peccatores redigi, & veniam atque indulgentiam pœnitentibus non denegari. Atque ô frustrandæ fraternitatis irrisio, ô miserorum lamentantium caduca deceptio, ô hereticæ institutionis inefficax & vana traditio; hortari ad satisfactionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam; dicere fratribus nostris, plange & lacrimis funde, & diebus ac noctibus ingemisce, & pro ablundo & purgando delicto tuo largiter & frequenter operare, sed extra Ecclesiam post omnia ista morieris: quæcumque ad pacem pertinent, facies, sed nullam pacem, quam quæris, accipies. Quis non statim pereat? quis non ipsa desperatione deficiat? Quis non animum suum a proposito lamentationis auertat? Operari tu putas rusticum posse, si dixeris: agrum peritiam omni rusticis exerce; culturis diligenter insiste: sed nullam messem metes, nullam vindemiam preme; oculos oliueti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? *⁴⁴* Vel si ei, cui dominium est, vsum nauium suadeas, dicas: Materiam de excellentibus syluis mercare frater, carinam præualidis & electis roboribus intexere, clauo, fanibus, velis, ut fabricetur atque armetur nauis, operare: sed cum hæc feceris, fructus *⁴⁵* de actibus eius & cursibus non videbis? Præcludere est atque abscondere iter doloris ac pœnitendi viam, ut cū in scripturis Dominus Deus reuertentibus ad se & pœnitentibus blanditur; nostra duritia & crudelitate, dū fructus pœnitentiæ incipitur, pœnitentia ipsa tollatur. Quod si inuenimus a pœnitentia agenda neminem debere prohiberi; & deprecantibus atque exorantibus Domini misericordiam, secundū quod ille misericors & pius est, *⁴⁶* per sacerdotes eius pacem posse concedi; admittendus est plangētium gemitus, & pœnitentiæ fructus dolentibus non negandus. *⁴⁷*

Et quia apud inferos confessio nō est, nec ex omni genere illic fieri potest; qui ex toto corde pœnituerint & rogauerint, in Ecclesiam debent interim suscipi, & in ipsa Domino referuari, qui ad Ecclesiam suam venturus, de illis vique, quos in ea intas inuenierit, iudicabit. Apostata vero & desertores, vel aduersarij & hostes, & Christi Ecclesiā dissipantes, nec si occisi pro nomine foris fuerint, admittuntur secundum Apostolum possunt ad Ecclesiæ pacem quando nec spiritus, nec Ecclesiæ tenuerunt unitatem. Hæc interim frater carissime pauca de multis, quantum potui, breuiter decucurri, quibus & desiderio tuo satisfecerem, & te magis ac magis collegij & corporis nostri societati coniungeret. si autē tibi veniendi ad nos opportunitas & facultas fuerit; pluram in commune conferre, & vberius ac plenius, quæ in salutarem concordiam faciant, tractare poterimus. *⁴⁸* Opto te frater charissime semper bene valere.

## ADNOTATIONES IN EPISTOLAM II.

1. Antoniano] Antonianus vnus erat Episcopus Numidia, ad quos scribitur Epistola infra. Cypr. & Collegarum de baptizandis hæreticis.
2. Accepi primas litteras tuas] Sic Ms. cod. Afflig. Manutius & Morel. pro eo quod erat prius: accepimus. Et recte; neque enim vsquam de se plurali numero loquitur Cyprianus. Desideratur autem tum prima tum secunda epistola Antoniani.
3. ad Cornelium collegam nostrum] Quomodo collegas suos vocet non vno in loco Cyprianus Romanos Pontifices, tractatum est à nobis supra epistola 4. non est itaque quod cupiamus scriptulum inijciat Erasmi ad hunc locum adnotatunculam.
4. scum, hoc est, cum ecclesia catholica communicare] Certe vel hic locus confirmat Romani Pontificis auctoritatem; si enim verum sit, cum ecclesia catholica illum communicare, qui cum Cornelio Romano Papa communicat, erit igitur ecclesia illa catholica, cui præfide Cornelius, atque deinde signum per quod discernatur ecclesia catholica ab hæreticorum conciliabulis, est successio Romanorum Pontificum. Verum de hoc latius Epistola ad Magnum.
5. per Quintum conspresbyterum] Fortassis is ipse Quintus est, ad quem postea factum Episcopum in Mauritania est epistola infra lxxij.
6. Trophimo & thuriscatis] Trophimus vnus erat lapsorum. Quos infra sacrificatos, hic thuriscatos, nuncupat. Patet autem hinc, præcipuam calumniam Nouatianæ contra Cornelium fuisse, quod Trophimo & thuriscatis communicasset.
7. quod quidem si pro sollicitudine fidei etc.] Colligitur hinc, non reprehendendam atque adeo nec hæreticam esse illam in fide dubitationem, qua rei veritas sollicite exploratur, hoc est, quam diu res nondum definita est; uti hoc loco schisma inter Cornelium & Nouatianum, iusta erat dubitandi causa. Sic & D. Aug. Epistola 168. inter hæreticos non esse deputandos dicit, qui aut ab hæreticis seducti (quos credentes hæreticis nuncupat, lib. de vit. ere. ad Honoratum cap. 1.) aut à parentibus in errorem lapsi acceptam sententiam, nulla peritiam animositate descendunt, querunt autem causa sollicitudine veritatem, corrigi parati quum inueniunt. At contra qui de semel manifestata fidei catholica veritate, hoc est, de semel definitis fidei articulis peritiam acriter dubitat, ab heresi non excusatur. Dubius enim in fide infidelis est; inquit Gelasius papa) & non solum anathematizantur in Sin. Ephesina generali, qui consueverunt definitis per illud concilium & alia præcedentia, sed omnes etiam illi qui fidem illorum patrum non constituent. Quale quid habes etiam in diffini. septima. Synodi, actione vltima, de articulo hodie maxime controuerso: quare & verba subiicienda censuimus: hæc est, (inquunt) fides Apostolorum. hæc est fides patrum: hæc est fides Orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmauit. Credentes in vnum deum in Trinitate laudati, venerandas imagines amplectantur. Qui secus agunt, anathemate percellantur, qui sic non sentiunt, ab ecclesia depellantur. Eodem pertinet illud Theoph. in ca. 1. ad Romanos. Si fidem seruati habendo caperimus, omnium proculdubio patiemur iacturam. Item illud D. Ambr. in Concilio Aquileiensi. Qui Arium non damnat, similis illi est, & hæreticus in re censendus. Imo & imperatores Theodosius, Valentinianus & Gratianus cod. de hæreticis l. omnes, hæreticorum definiti vocabulo contineri, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debere, qui vel pro leui argumento à iudicio catholice religionis vel tramite detecti fuerint deuare. Hæc paulo proximè, propter eos, qui non videntur de semel ab ecclesia definitis suspensam perpetuo tenere sententiam. Et cum Elia propheta loquar) claudant in duas partes, qui certe si non peritiam acriter dubitent, ecclesia catholica partes, cuius Dominus est Deus, sequerentur potius quam Synagoga & Baalithica.
8. semel super petram solida stabilitate fundatos] Alludit ad illud Evangelicum Matth. 7. Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur vero sapienti, qui edificauit domum suam super petram, & descendit pluuia & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat super petram. Quare quam ibi non addatur: robustam, nec eam vocem habuit Afflig. Ms. cod. recte omissa est à Manut.



9. Et quidem primum quoniam de meo quoque actu &c. Quod admodum satis constat ex libro Epistolis superioribus de lapsis, erat initio, perfectione adhuc fervente, durior paulo erga lapsos Cyprianus, ex parte qui non nisi exacta poenitentia, ad pacem admittendos censeret, nisi forte ad preces Martyrum instantia periculo mortis, idque non solum in sacrificiis sed & in libellaticis observari volebat. Pace autem iam ecclesia data, quum primum convenire licuit, in Episcoporum Africa concilio nonnihil moderata est illa censura, & placuit illis, uti infra hac eadem epistola dicitur, examinatis causis singulorum, libellaticos interim admitti, sacrificiis vero in exitu subveniri. Culpabatur itaque Cyprianum Antonianus, quod sententiam mutasset, ipse vero iustissimas mutari consilii rationes adducit, neque sibi soli, sed & Clero Romano primum. & deinde Episcopis compluribus placuisse hanc dispositionem, imo vero & a Cornelio Synodo Romanæ confirmatam. Atque hac ad loci huius intellectum sufficiant.

10. evangelicum vigorem] Sic Afflig. Ms. & Manus. pro eo quod ceteri: evangelii.

11. precibus & lamentationibus] Ita recte locum hunc restituerunt Manus & Morelius, antea enim interiecta particula: sed, sensum obscurabat. Apud eosdem confirmatam reperi conciliaturam meam, qua legendum censebam: dabatur, pro eo quod erat: datur, quod ex editione Remboldi irrepperat, nam vetus excussus & Afflig. non etiam priori modo legitur.

12. in epistola mea quæ exstat] habes hanc supra numero xiiij. ubi ex hoc loco supplevimus quod deerat.

13. Quod etiam Romam ad Clerum &c. ad Confessores] Recte ita Ms. cod. Afflig. & Manus, pro eo quod erat: ad Romanum Clerum: nam significat se Romam misisse & ad Clerum & ad Confessores litteras. Horum illa desiderantur præter verba aliquot hic & Epistola supra xxx. allegata, hæc vero sunt supra num. xxv.

14. nunc in ecclesia cum Cornelio iunctos] Scripta est ergo hac Epistola post reditum Confessorum ad unitatem, & uti paulo post constat, post primum Synodum Africa & Synodum Romanam de lapsis, non vero post secundam, nam ibi denno alia facta de sacrificiis moderatio, atque adeo hinc patet, scriptam hanc post Epistolam præcedentem, & ante Epistolam Synodi Africanæ ad Cornelium, nam illa secunda fuit.

15. Quod ne scripsisse, de eorum relictis] Rescripta, habes supra Epistolas xxvi. & xxvii. Ex eo autem quod prius epistolam cuius meminit exstat dicitur, huius vero epistola verba ex relictis citat, videtur hæc litteræ Cypriani, iam tum fuisse perditas.

16. pariter ac stantibus laicis] De hac Cypriani phrasi supra epistola xiiij. paulo ante citata.

17. Novatianum tunc scribere] Erat igitur Novatianus unus ex præcipuis presbyteris Romanis.

18. Tunc adhuc confessor, nunc iam martyre] Cateris si visum alibi, hic aperte distinguit inter confessorum & Martyrum; in quo vero differant, supra hac Epistola ix. Adnotavit autem Catholus D. Pacianus hunc locum citantem, non habere particulam: adhuc & similiter apud illum paulo post desiderari vocem: omnibus.

19. copiosius Episcoporum numerus] Loquitur de Synodo Africanæ contra Novatianum de lapsis, quam conscripsit post pascha initio pacis, sic verisimile ex epistola supra xl. & epistola ad Cornelium num. lv.

20. Lapsis denegaretur &c. ecclesia clauderetur] Sic ex Ms. cod. Afflig. hunc locum restitui, nam antea priori loco erat: clauderetur, & posteriori: abdicaretur.

21. secundum quod libello continetur] Vtinam exstaret hic libellus placitorum Synodi Africanæ de lapsis.

22. etiam Romam hac de re scripsimus ad Cornelium] prima facie existimabam intelligere Cyprianum Epistolam Synodi Africanæ ad Cornelium, quæ sequitur num. liij. Verum ex verbis huius epistola iam dictis: sed traheretur, dum poenitentia &c. aliisque infra positis, collatis cum statuto prioris Synodi, cuius ibi meminimus, certo deprehendi illam posteriorem scriptam, hanc vero, cuius hic memini, desiderari.

23. qui & ipse cum plurimis Episcopis habito concilio] huius concilii Romani & Africanæ & aliorum quorundam in hac verba meminit Eusebius lib. 6. hist. eccl. ca. 33. Ob Novati hæresim concilium sacerdotale celeberrimum in urbe Roma congregatum est, Episcoporum lx numero, presbyterorum quoque totidem, cum diaconis pluribus. Præterea etiam per singulas quasque provincias de hac re magna deliberatione habita decretis significatur, quid factum esset opus. Statuitur ergo, Novatianum quidem cum his qui cum mentis elatione emendati sequerentur, quique ad inhumanam ipsam & nihil fraternitatis servantem sententiam declinarent, alienum esse ab ecclesia; eos vero qui lapsi in certamine fuerant, fraternali misericordia curandos, & fomentum poenitentia medicandos. Scribit & de hac Cornelius ubi Roma Episcopus ad Ecclesiam Antiochenam, scribens Fabio eius Episcopo, quid etiam Italici, Afri ceterique occidentalibus visum sit. hæc enim ille.

24. de quo tibi necesse nunc fuit scribere] Sic Afflig. cod. Manus. & ante eum Cæstius, pro eo quod habebatur corruptiss. tunc.

25. Lapsus accipere] Ita primum restitui huc locum Grauius, consentiunt Afflig. Manus & Mor. cod. antea erat: lapsus, pessime qui paulo post etiam rectius legitur: college tui, quam vulgati: college nostri.

26. Venio iam nunc &c. ad personam Cornelij] Latissime hic tractatur de vita & promotione Cornelij ad summum Pontificatum.

27. per omnia officia ecclesiastica promotus] Plura ergo erant officia ecclesiastica iam ætate Cypriani, de quibus paulo latius infra epistola ad Cornelium contra hæreticos.

28. pro pudore virginalis conficietur] Fuit ergo virgo non maritus Cornelius, qualem fuisse & Cyprianum ex vita eius constat, qui etiam, quem admodum Cornelius, ad Episcopatum raptus est.

29. Et factus est Episcopus a pluribus collegis nostris] Infra E-

piscopos qui ordinationi Cornelij interfuerant, sedem fuisse dicit, inter quos (uti patet ex epist. supra xlij) fuerunt ex Africa Caldonius, Fortunatus, Pompeius, & Stephanus. Apparet autem ex hoc loco, Episcopum sine Papam Romanum ea ætate fieri solere, à sacerdotum Collegio, id est, ab Episcopis, de clericorum testimonio, & plebis suffragio. Sepe enim variatus est mos eligendi Romani pontificis. Primum D. Petrus suos successores designavit Linum, Cletum, & Clementem, Anacleum & ceteri usque ad secundam schisma inter Damasum & Vresinum Cleri & populi suffragiis creati sunt, & ab Episcopis si qui forte presentes essent, ut ex hoc loco colligere est. Tum autem in electione Damasii interponi cepit Imperatorum auctoritas. Et primum quidem in schismate duntaxat, ad sedandos tumultus, uti à Valentino res composita est inter Damasum & Vresinum, ab Honorio inter Bonifacium & Eulalius, & à Theodorico rege inter Symmachum & Laurentium. Deinde etiam extra schisma, ne forte tumultus contingeret. Imo ea res paulatim deuenit, ut sine illorum assensu consecrationem suscipere non auderent. Duravit hic mos ad Impera. Constantinum iij. usque, qui sanctitate Benedicti iij. permotus, permisit liberam uti antea potestatem soli Clero populo Romano eligendi & designandi Pontificis. Postea Adrianus papa convocata ad hoc Synodo Lateran. Episcoporum 153. (quod antea nulli Imperatori concessum fuit) etiam eligendi pontificis ius, ob pullos Italia Longobardis, Carolo magno concessit. Illi tamen tunc filius eius paulo post renuntiavit, ut patet lxxij. distincti apud Grat. cap. Ludovicus. Sic libera denno fuit Romanis electio & consecratio Pape per multum temporis, usque ad Leonem vij. Qui quum ab Orbone primo vi. & armis in sede Apostolica collocatus esset, denno à Clero & Plebe ad Imperatores ius omne eligendi pontificis transiit. Hoc privilegio uti sunt successores Orbani imo abusi potius ad Hincricum iij. usque. Quare iustissimis de causis iterum reuocatum est id ius ad Romanos à Gregorio vij. etiam paulo ante Pontificatum, occasione sumpta à schismate illo inter Benedictum, Silvestrum & Ioannem, sub Henrico Imperatore iij. Nam Stephanus ix. Nicolatus ij. & Alexander secundus, sine assensu Imperatoris, creati sunt. Quod quum iterum surreptitè per insidias intrasset à Pascali ij. Henricus v. per ipsum Pascalem denno reuocatum est in Synodo Lateran. Postremum ad solos Cardinales ius eligendi Pontificis delatum est, quod quo tempore exierit, non perinde constat, nam & si à Nicolao ij. tale quoddam statutum promulgatum sit, postea tamen adhuc aliquoties intercesserunt populi & Cleri Romani suffragia. Porro constitutiones de electione in conclave celebranda, editæ sunt in Concil. Lugdunensi à Gregorio x. Hac partim ex Onaphrio Panuino, & Platina, partim ex hierarch. Alberti Paggi.

30. quisquis post vnum qui solus esse debet] Hic rursum confirmatur nostra sententia, quæ supra diximus, vnum Episcopum peculiariter nuncupari à Cypriano Romanum Pontificem.

31. Et illic intrepidum Romæ, &c.] Hinc collige, non statim, uti quidam existimant, ab electione Cornelium in exilium missum, sed diu resisdisse Romæ intrepidum, imo usque ad mortem Decij. Facit pro hac sententia, quod paulo post dicit: & tyrannum armis & bello postmodum victum, prior sacerdotio suo vicit. Nam in bello perijt Decius, occisus à Barbaris, & ipse persecutionem vij. in Christianos indixit. Atque adeo verisimile est, passum Cornelium sub Gallo ij. & Volusiano consul. Imperante adhuc Q. Herennio Hetrusco Decio Aug. Decij filio, atque hinc factum, ut sub Decio à quibusdam passus dicitur. Verum de hoc in vita Cypriani latius.

32. quam conficuit Romæ æmulum sacerdotem] Sic primi hunc locum restitimus ex cod. Afflig. pro eo quod erat ante: Dei sacerdotem. Significat enim Cornelium patientius tollerasse æmulum Principem, quæ Novatianum æmulum sacerdotem, quem nusquam Cyprianus Deo sacerdotem nominat, sed potius pseudopiscopum.

33. vel gladio, &c.] Varia tormentorum genera quibus Christiani affliciebantur gladius, crux, ignis, ungula, nam his membra, uti loquitur, & viscera laniabantur.

34. necessitati succubuit] Etiam hunc locum ita castigavi ex Ms. cod. Afflig. pro eo quod erat: necessitate.

35. & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abscellerat] Legitimam adfert recipiendi in gratiam Trophimi causam quod cum illo magna pars plebis illum prius sequebatur, ad Ecclesiam redierit.

36. tractatu ergo illic] Sic recte Ms. Manus & Morel. pro eo quod erat: illius.

37. Laicos communicet] Eadem phrasi infra epistola ad Hispanos: si vel Laico (inquit) communicare contingeret, & Epistola ad Stephanum secunda: eos quoque hac conditione recipere, ut communicent Laici. Sic & Cornelius Papa epist. ad Fabium Antioch. ab Eusebio citata de Episcopis loquens, qui Novatianum ordinauerant: Vnum eorum (inquit) ad Laicam communicationem recepimus. Eiusdem communicationis fit mentio Gardic. Concil. can. 1. & Agath. 33. Quid autem significet, explicat canon. 4. Concil. To. 1. de Subdiacono loquens: Absentius, inquit, benedictio, postea inter Laicos reconciliatus per poenitentiam communicet. Laicum igitur communicare, non aliud est veteribus, quam inter Laicos communicare. Orabant autem & communicabant illi exera cancellos, per ministerium Archidiaconi, hoc est, extra chorum, uti hodie loquimur. Quod D. Amb. manifestum facit, dum Theodosium Imperatorem post oblatum manus ad altare, intra cancellos herentem, per diaconum interrogari iussit, num quid vellet quod istic haberet. Dicens se nihil aliud velle, quam ut divina mysteria peragi videret: Ea (inquit ille) istinc tibi videre non licet. Habent in Dei templo sacerdotes, habent & Laici locum suum. Constitunt autem masculi ad meridiem (Micrologio teste) & femine ad Aquilonem, & cancelli proximi, recte Dionysio Areopag. tanquam Clero viciniore asstant Monachi: Introitus vero viderum custodiebant Ostiarii, Diaconissa introitus feminarum, uti constat ex Constit. Apostol. lib. 2. cap. 16.



38. Et idcirco si accepta pace commensus a Deo datur. Rursum hic commensus pro liberatione à morte accipit Cyprianus. De qua phrasid vide supra Epistolam xxxiii.

39. Nec tu existimes &c. libellaticos cum sacrificatis. Hic explicat quid differant libellatici, id est, qui liberos offerunt ut supplicia evaderent, & sacrificati qui sacrificia idolis immolabant. Locus mire faciens ad intellectum alterum locorum tum Epistolæ tum libro de lapsis, utpote quo ipsa libellatorum forma continetur.

40. prohiuit. Sic Ms. & vetus excusus Manus. & Morelius, pro eo quod erat: prohiuit.

41. viuentes, & incolumes animas. Sic etiam illi, excepto veteri & excusis, qui legunt, saluatas & incolumes.

42. Quorum si penitentiam respiciamus. Pulchre hinc ad finem usque deducit, ad penitentiam admittendos lapsos contra Novatianum barem, ad quam videbatur propendere Antonianus.

43. diabolo inuitante rapiuntur. Ita illi quoque, pro eo quod erat: rapiuntur.

44. nos non tantum nunc. Sic recte Ms. cod. adnotans & Morelius pro eo quod erat: intantum, Ante illos, etiam sic castigat Coflerius.

45. & si latatur vnum membrum. Discrepat hic Cyprianus & supra quoque Epistola xij. (ubi si idem verbis hanc scripturam citat) à textu cum Græco tum Latino. Quomodo etiam paulo post in illo Luc. 6. Flore misericordes, sicut & pater vester miseris est vester, quod tamen legunt Ms. Afflig. cod. & Manus.

46. Videte ne quis vos deprecetur. Eodem modo citat hanc scripturam infra Tom. 2. de bono patientia, sic & Ambrosius in commentariis. Hieronymus quoque in Osse prophetia, & Epistolam ad Galatas. Græce etiam est *παρακαλεῖται*, id est, qui in precam abducit. Tertullianus tamen ad vulgatum interpretem magis necesse lib. de prescriptioe aduersus heret. legens: ne quis se circumueniens vos; & Aug. lib. de Mor. Eccl. Cathol. c. 21. & Serm. de Kol. lau. à Beda citato, legit cum illo: ne quis vos decipiat.

47. non est opus sanis medicus. Quamuis Latinus Cyprianus, Solecismum tamen lectionis vulgatae retinere maluit, quam immutare. Sic alibi illud citat: Neque nubent, neque nubentur, & alio loco: Pauperes euangelizantur.

48. qui d. penitentia sequente reualecat. Ita excusis omnes, & placet magis quam illa lectio Afflig. cod. & Coflerij: recalcitrat.

49. ad fidem & virtutem de penitentia robur armatur. Sic eleganter Ms. Afflig. & Manus. cum Morelio, pro eo quod erat: ad fidem ac virtutem penitentia robur armatur.

50. ubi est occisus propter nomen postmodum facit. Sic recte Manus. Nam phrasin esse Cyprianum confessio nominis, & propter nomen pati, satis patet ex Epistola infra liij. & liij quam inuenitur: est à Tertulliano lib. de resurrex. carnis, quare nihil opus est addita voce: Christi, quam habebant antea excusis, aut: Domini, quam habet Afflig. codex. Porro Martyrem neminem esse extra Ecclesiam, denique reperit in huius Epistole calce, item Epistolæ duabus modis citatis & ad Inbancum, lib. etiam de unitate Ecclesie. & de Orat. Dominica, ubi in confirmationem allegat illud 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Quod toties inculcasse videtur spiritui quodam prophetico. Nam si Socrati & post eum Nicephoro habenda fides, Novatianus (sic legendum huius dubie pro eo quod est: Nouatus) sub Valeriano martyrium passus est. Similia diuini Angustissimi contra Donatistas, qui se de martyrio iactabant, Epistolæ 61. ad Dalcium & 167. ad Festum, lib. 1. contra epistolam Parm. c. 7. contra Cris. Gram. lib. 3. c. 47. & in Psal. 34. & 68. Serm. quoque 15. de verbis Apostoli, D. Hieron. in ca. 1. ad Gall. & in Epistolam ad Philemonem, D. Hieron. orat. 1. contra Iud. & Optatus Milicianus contra Parm. li. 3. Locum notandum, contra Anabaptistas & alios heret. qui diuini eis supplicium sumunt, martyres se iactant.

51. Si sacrificatis in exitu subuenire, quod remansit in excusis. ex hoc loco autem colligere est, scriptam hanc Epistolam ante Epistolam ab hac secundam, quia ibi statum significatur, ut non solum in exitu, sed quicunque penitentiam egressi, sacrificatis omnibus pax daretur.

52. quia exomologesis apud inferos non est. Videtur alludere ad illud Psalmi: In inferno autem quis confitebitur tibi?

53. cum solatio pacis. Recte sic legendum censuerunt Coflerius, Manus & Morelius, nam antea corruptiss. legebatur: cōsolatio.

54. in contemplatione habentes, ne & vos tentemini. Sic Ms. Afflig. Coflerius, Manus. & Morelius, pro eo quod erat prius habere. Porro cadet exemplar Cyprianum non habuisse solacium illud, qui reperitur etiam in Græco exemplari: huiusmodi infruente, consideramus ne & tu teneris. Quomodo tamen usque adeo legit diuini Hieronymus, ut hinc colligat, Paulum vere dixisse se sermone imperitum, Legit etiam Cyprianus: Alterutrum, pro eo quod noster: Alter alterius, quod Latinus expressit Tertullianus contra Marcion. lib. 5. Onera vestra iniucem sustinete, quomodo etiam Ambrosius in comment. & Aug. serm. 15. de verbis Apostoli.

55. Iesum Christum iustum. Sic excusis omnes Afflig. habet: Iesum Christum iustitiam, sed non placet, quoniam in Epistola 1. Iohannis & Græce & Latine prior sit lectio. Pro eo autem quod legit Cyprianus: de peccato, rectius ex Græco vertit noster interpres: propitiatio, nam hac sonat vox *ἱλασμός*.

56. Sicut adhuc peccatores essemus Christus. Omittitur hic

à Cypriano, quod etiam in Græcis exemplaribus hodie desideratur, illud: secundum tempus: D. Hieronymus tamen exemplar id habuisse videtur, nam addit quest. 7. ad Algas. opportuno tempore.

57. in cuius partibus. Ita Afflig. cod. & Manus, ceteri in cuius parte.

58. Nec putes frater. Respondet ad Nouatianorum argumentum quo dicebant, martyria non fore iam frequentia, si lapsis pax daretur. Illud autem: vere videntium, habet recte Afflig. cod. Manus. & Morelius, pro eo quod erat antea: vero.

59. Aliud in illis in c. recerem non exire inde &c. Eadem sunt Cypriano: ad veniam stare, missum in carcerem, non exire inde, donec solutus nouissimum quadranten, & pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari diu igne. Eadem etiam à contrario, ad gloriam peruenire, statim fidei & virtutis accipere mercedem, & peccata omnia passione purgasse. Per que distingui haud dubie statum lapsorum post hanc vitam, qui nondum penitentiam compleuerant, à statu Martyrum. Atque adeo mire facit hic locus ad confirmandam Ecclesie traditionem de purgatorio, quod etiam ante me animaduertit Reuerendus. Guadixensis Episcopus Martinus Perseus Ayala. Alludit autem ad scripturam Matth. 5. & 1. Corinth. 3. Illam eodem modo interpretantur D. Hieronymus in Matth. & Ambrosius in Lucam. cap. 12. Hanc vero Origenes hom. 6. in Exod. & 8. in Leuit. Ambrosius Theodo. & Occum. in comment. Augusti. Enchi. c. 69. in Psal. 36. & 21. de ciuitate Dei capite 26. Paulinus Nolanus paraphrasi Psal. 1. & Epistola ad Severum, ac Gregorius lib. dial. 4. capite 7. Ut autem de nomine commendamus, suffragia defenduntur que in sacrificijs & precibus Ecclesiasticis sunt, tam inde ab etate Apostolorum, indicant esse locum quempiam, in quo puniantur. Alioquin enim frustra oratio fieret, ut à penis soluantur. Non tamen tam recens est purgatorij nomen sine purgatoriorum penarum, ut meminerunt D. Augusti. Enchi. capite cit. de ciuitate Dei li. 20. cap. 25. & 21. cap. 13. Gregorius loco citato, in 2. Psal. ponit, & alibi frequenter, & Beda in Psal. 37. & serm. quodam Ms. in illud Iohannis 1. Ioannes perhibet testimonium de ipso. Ignis etiam purgantis, prater Cyprianum hoc loco & alios supra allegatos, meminerunt etiam D. Hieron. in fin. comment. in Ista. Ambrosius in Psal. 118. serm. 10. Maximus in Diadochum, de perfectione spir. cap. 100. Damasc. de ijs, qui dormierunt. Eufriatus Constanti. lib. de operatione anima post mortem, & Genadius scholarius lib. de purgatorio contra Græcos: ubi multas veterum Græcorum sententias allegat.

60. pendere in die iudicii ad sententiam iudicis. Locus hic de die particulari iudicii vniuersi cuiusque intelligendus videtur, de quo D. Aug. Epistol. ad Hefychium dicit, diem mortis vniuersi cuiusque, illi diem esse iudicii, idque satis colligitur ex opposito: statim à Domino coronari. Si enim ad diem iudicii usque differenda esset corona Martyrum, non statim coronari, non statim fidei ac virtutis mercedem accipere dicerentur.

61. dandam pacem mœchis non putauerunt. Quod hic narrat de quibusdam Episcopis, qui mœchis pacem negabant, sub finem huius Epistole impugnat: docens neminem excludendum à penitentia, Hoc autem loco exempli adfert, docet: sicut illi qui in ea erant sententia, quem plerique alij in contraria essent, non tamen properea ab Ecclesia recesserunt: ita nec recedendum fuisse ab Ecclesia Nouatiano, si quid ille nouum sapere, quod alij non probauerunt. Allegat autem alibi hunc locum D. Aug.

62. manente concordia vinculo, &c. Similia habet infra sub finem Epistolam ad Inbancum & ad Magnum, ubi quid illi velis latius tractabimus.

63. Miror autem quosdam sic obstinatos esse. Hic propriis cum aduersarie Nouatiano incipit corrigere scripturas accumulatas, ut doccat non denegandam lapsis penitentiam.

64. Habeo ad lectum te multa. Plane contrariam habet lectionem hic Cyprianus lectioni tum Græcæ tum Latine, que hodie extat, quæ habet: pauca.

65. & manducare de sacrificijs. Hoc ex Afflig. cod. substantiuum, pro eo quod antea ubique legebatur: sacrificio, est enim Græcè: *εἰδωλόθυτα*.

66. Et penitere non vult. Hoc etiam pro eo quod erat: noluit, Nam Græce & Latine sic legitur. Recte autem quod Græce est: *οὐ θέλει μεταστῆναι* vertit: in tribulationem magnam.

67. Iuper vno peccatore penitentiam agente. Sic Manus & Morelius conformiter Græco & Latino Luca rectius, Afflig. tamen codex legit: vni excusis hactenus: super vnum peccatorem; verum quia idem legit, super nonaginta nouem iustis, non placuit illa casuum variatio, præsertim quum supra Epistola 49. priori modo legant excusis & Ms. codices.

68. porriget ei. Quum viderem hic libri lectionem excusorum adiciam: porrigat, ab additione Afflig. cod. porrigit, putauit substantiuam veram lectionem: porriget, Græce enim est *ἵστημι* Matt. 7. cum Luca. 11. *ἐστηρίχθη*.

69. Comparat hic dominus. Mendum Remboldi inuaserat omnes excusos, nam sic Ms. & vetus excusus.

70. penitentiam non agētes, &c. Durior paulo fuit D. Cyprianus erga eos, qui solum in articulo mortis penitentiam & pacem petebant, idque tempore sic postulante, utpote in tanta lapsorum copia, licuit autem ei hic in suo sensu abundare, quum res nondum diffusa esset. Certe postea Leo Papa Epistola 89. & Celestinus 1. Epistol. ad Gall. Episcopos contrariū definitum, nempe ad pacem recipiendos etiam eos, qui infirmius urgente penitentiam postularent.

71. Quod vero ad Nouatiani personam. Hic respondet ad



alteram Antoniani questionem, quia petebat doceri, quam heresim intro-  
duxisset Novatianus, primum autem scismaticum, postea sub Epistola fi-  
nem etiam hereticum fuisse docet.

72. nec curiosos esse debere quid ille doceat. Locum adnotandum  
contra quorundam curiositatem in legendis hereticorum libris, aut scri-  
tandis eorum sententiis.

73. iactet se licet. Vix licet, omnia à Remboldo, defidatur etiam  
in Epistola. Certe Afflig. & vultu excusum eam habent, quare re-  
derestis à Manu. & Morelio.

74. Episcopatus vnus, &c. Locum rursus insignis pro Episco-  
pato Romano, similem habet libro de unitate Ecclesie, ubi latius hoc  
dece.

75. petres singulas ordinati sunt Episcopi. Istus mos et sin-  
gulis ciuitatibus singuli prescicerentur Episcopi, presertim autem obserua-  
tus in Africa.

76. errare alios pseudopiscopos audent. De pseudopiscopis à No-  
uatio et factione illius ordinatis, Vide plura Epistola. Vnde constat  
eos eo dementia venisse, et etiam Carthagini Fortunatum quendam  
pseudopiscopum contra Cyprianum constituerent.

77. Episcopatum autem tenere non possit. Simile quid habet E-  
pistola ad Hesperos, & eodem tenore, quod alibi eius sententia videatur,  
et heretici Presbyteri non vere offerant diuinum sacrificium. Sunt au-  
tem etiam hoc ex illis quibus tum licebat illi in suo sensu abundare, &  
confusus sunt error illi de baptizandis hereticis, quare quoniam res nondum  
diffinita esset, neminem turbare debent huiusmodi sententia. Certe Au-  
gustinus libris 7 de Baptismo contra Donatistas, omnia argumenta Cypri-  
ani exatè dissoluit.

78. Tum deinde quantus arrogantie tumor est. Similia habet  
Epist. præcedenti, ubi loci vniuersique verum intellectum ex D. Augustino  
ostendimus, & de loci huius restitutione, vique legendum sit non  
palam, sed: palam, aliquid diximus. Quia tamen cum Erasmus  
hoc loco, tum plerique aduersariorum, Mat. loco de zizanias, posse conuinci  
existimant, quod mortis supplicio heretici affici non debeant, aliquid de  
huius loci intellectu hic dicendum. Imprimis zizanias inquit Chri-  
stus filij sunt nequam, loquitur igitur generatim de omnibus malis,  
& scilicet præteritum vniuersum loco Cyprianis, locis quoque dicit Augusti-  
nus, primum etiam illum sensum agnoscit D. Hieronymus in  
comment. Eradicatorem vero pro electione ab Ecclesia accipimus. Ori-  
genes homil. 2. in Iosue, D. Hieronymus loco citato & D. Augusti-  
nus intro. lib. tertio contra Parm. lib. de fide & operibus & contra ad-  
uers. Leges & Prophet. Deinde etiam si de hereticis & de morte intelliga-  
tur iuxta Græcorum sententiam, & Augustinus quibuscumque locis, non  
simpliciter prohibet illos eradicari Dominus, sed tum, quando peri-  
culum est, ne eradicet similes, & triticum, quod significat verba illa.  
Non, ne forte colliges zizanias, eradicatis similes & triticum. Alioquin  
enim si simpliciter intelligatur interdici omnis eradicatio, siue per mor-  
tem siue per Ecclesie censuram, non licebit iudicibus excommunicare quem-  
piam. Quemadmodum igitur cum metus ille non subest, id est, (et  
cum Augustino loquar) quando ita cuiusquam crimen notum est omni-  
bus, & omnibus execrabile, et res nullis prius, vel non tantis habeat  
defensores, per quos possit scisma contingere, non dormire debet severitas  
discipline in excommunicatione; quemadmodum etiam ubi seditionis  
periculum non est, recte in malis animaduertit magistratus. Ita non  
video quid obstat, cur quando publice constat de quorundam heresi, quan-  
do periculum non est, ne de Catholicis sinatur supplicium, immo potius  
contrarie periculum est, ne triticum degeneret in zizaniam, id est, ne Ca-  
tholici iudicantur ab hereticis: cum iniquum de illis somniari possit ex-  
tremum supplicium. Idque, non aut somniari populari à plebe (de quali  
animaduersione intelligendus venit Iustinus Martyr epistola ad Zenam  
& Serenum, & alij quidam veteres quos pro se citant aduersarij, præser-  
tim qui vixerunt sub Cæsariis Ethnicis) aut à iudicibus Ecclesiasticis,  
aut per accusationem seu postulationem Episcoporum (de quali iudicio  
in causa Priscilliani loquuntur haud dubie Ambrosius Epistola vigesima  
septima & Severus Sulpitius in Epistola sacra libro secundo) sed per legitimos  
& saculares magistratus, quemodo ipsum de eodem Priscilliano sumptum  
supplicium à Maximo, comprobant Synodus Burdegalensis, D. Hiero-  
nymus ad Ctesiphontem contra Pelag. & Leo Papa Epistola nonagesima  
tertia. Narrat etiam Epiphanius & Cyrillus Hierosolymitanus in Cath.  
supplicium sumptum de Mane primo auctore hereseos Manicheorum,  
quem per Regem Persarum excommunicatum scribit, & de Messalianis, qui  
ob id se Maritimos appellabant. Optatus quoque Mileuitanus libro  
tertio contra Parmen. facit Moysi Phinees & Elie, comparat factum  
Macari cuiusdam: qui Marculum & Donatium Donatistas occiderat.  
Eodem pertinet Dioscori Alexandrini vox illa in Synodo Calched. qua  
flamma dignos clamabat hereticos. Immo (et Bernardum homilia sexa-  
gesima sexta in cantic. & alios breuitatis gratia præteream) ipse D. Hiero-  
nymus quod nobiscum senserit significat, capite septimo libro primo  
contra litteras Parmeniani: Quinetiam inquit, audent conuerti Par-  
menianus, quod eos Constantinus ad campum, id est, ad supplicium  
duci iussit &c. Respondet autem: Quod enim non isti iuste pa-  
tiantur &c. & merito criminum & ordine potestatum: Prius enim  
probat se non esse hereticos, vel scismaticos, tum denique de indignis  
penis suscitandis emittit vocem &c. Et tamen quid tale patiuntur  
quale faciunt? Nam si sanguis exiit de carne mortali &c. Et paulo post:  
Sed quorsum ista dicuntur, nunquidnam etiam si obuiant non perti-  
nere ad Imperatorem aduersus eos aliquid statuere, qui praua in re-  
ligione sectantur, propterea si interfecerit eos, quos punierit, Mar-  
tyres erunt. Et asserit tractatu undecimo in Ioann. Miratur inquit  
quia commentum potestatis Christiane aduersus derelictos dispa-  
tores Ecclesie. Si non ergo mentitur, & quemodo redderet rationem de

imperio suo &c. Vbi, cum probasset quod dixerat, exemplo Nabuchode-  
nosor, tandem conclusit dicens: Videris qualia faciant & qualia patian-  
tur. Occidunt animas affligunt in corpore, sempiternas morte faciunt,  
& temporales se perpeti conueniunt. Habes veram D. Augustini sen-  
tentiam. Nam quæ illo pro se ex illo citare solent, aut sunt scripta ante  
Epistolam 48. & 50. atque adeo retracta, aut certe scripta ante le-  
ges latas ab Imperatoribus de mortis supplicio. De quibus quo tempore pri-  
mus lata, & de alijs varijs ponarum generibus, alijsque huc pertinen-  
tibus, pulchre tractat Dom. Claudius de Sanctis Parisiensis Theologus  
li. duobus, ad edita. & de Merbulo contra sectas veterum Principum  
ad quos lectorem remittimus.

79. fraudatores & micos à latere, &c. Donatum, Felici-  
ssimum, Nicotratum, & Euaristum intelligit, quorum sceleribus referre  
sunt, supra Epistola xl. & xlvij.

80. Hoc enim scitote intelligentes. Confirmat hic lectionem zila-  
giam Cyprianus, quemodo etiam in eo quo sequitur: quod est idolola-  
tria. Videntur itaque legisse ipsi & pro eo quod bodie est in Græco & &  
&: ἵεσιν εἰδωλολατρία pro eo quod in legibus & ἵεσιν εἰδωλολα-  
τρία. Vicinias litterarum, varia lectionum ansam præbuit. Porro recte  
veritè: fraudator, pro eo quod Græce est: πλεονέκτης.

81. exponentes fornicationem. Hic reperitur vox: exponentes,  
que tamen nec in Græco nec in Latinis Apostoli extat exemplaribus.  
omittitur autem vox: libidine, pro qua Græce est: πάθος, legitur  
etiam: quæ sunt, pro eo quod textus vterque: quæ est.

82. nec posse alterum pro altero reum fieri. Non dubium quin  
hic loquatur Cyprianus iuxta sensum scripturarum quas citat; quibus  
cum contrariari videatur illud Exod. 20. Vistram iniquitatem pa-  
trum in filios in tertiam & quartam generationem, recte vtrique  
scriptura loca non uno in loco ita concordat D. Augustinus & E-  
zek. & Deuter. sue lib. Regum loci, intelligantur de hi qui  
non imitantur patrum iniquitatem, Exodi vero, de his qui illam  
sequuntur: quod & illud ibi adiectum satis indicat: eorum qui elegerunt  
me.

83. Quod legentes scilicet & tenentes &c. Hic demonstrat  
in quo heresi Novatianus consistat, non quidem quod penitentiam  
subtraheret, sed fructum satisfactionis, siue ut supra dixi, fructum pen-  
nitentie, vixit qui sceleris decreta scribit: Plange & lachrymas fun-  
de, & pro purgando & ablucendo peccato largietur & frequenter operare, sed  
tamen pacem quam quartæ non accipies, quia tamen (et paulo post  
inquit Cyprianus) dum fructus penitentiae intercipitur, penitentia ip-  
sa tollitur, hinc est, quod Novatianus imputare solent veteres sublatio-  
nem penitentiae, quam potius absolutionem sacerdotalem tollerent, do-  
cent ei soli Dei iudicio relinquendo penitentes, nec à Presbytero absolui  
posse. Impugnat autem similitudines istæ apostolice hanc absurdam  
illorum sententiam.

84. Vel si ei cui dominum est. Sic recte Afflig. cod. & Costerius, pro eo  
quod erat: & quod sensum plane obscurabat.

85. de actibus eius. Notanda venit hac lectio Cypriani, et hinc  
conitet, verum eius esse lectionem: in actibus Apostolorum, non: in  
actis.

86. per sacerdotes eius pacem posse concedi. Vbi sacerdotibus hac  
potestas data sit ostenditur his verbis Epistola liij. Cum permiserit (in-  
quit) ipse qui legem dedit, et ligata in terris, etiam ligata essent in coe-  
lis, solui autem possent illis, que hic prius in Ecclesia soluerentur. Cui si-  
milis est locus apud Hieronymum in capite Matt. 16. Amb. li. 2. de pan. c.  
2. & 7. ac in vlt. c. Lucae D. Aug. q. 33. super Numeros & in Psal. 101.  
conc. 2. D. Hieron. quest. 9. ad Hedibiam, & Chrys. tam frequenter, &  
presertim libro de sacerdotio, et facile lectori eius loci sunt obuij. Hac  
contra eorum sententiam, qui docent, non vero remitti peccata per sa-  
cerdotes, sed remissa ostendi, faciunt autem pro nobis etiam illa quæ in-  
fusa dicimus Epistola liij, sub finem.

87. Et quia apud inferos confessio non est. Interposita particula:  
dum à Remboldo, interurbatur sensum.

88. Opto te, frater charissime. Clauis hac omissa casu quodam  
à Remboldo, desiderabitur; nam habet eam vetus excusus, quare recte  
denovo adieciur.

## AD FORTVNATVM ET ALIOS collegas, de iis qui per tormenta superantur.

### EPISTOLA LIII

ARG. Consultus Cyprianus à collegis, num admittendi esset  
ad communionem lapsi quidam per tormenta superati; responder:  
quia triennio iam penitentiam egissent, sibi quidem videri admit-  
tendos esse, sed quum post Pasche solennia Concilium Episcoporum  
apud se futurum esset, se camillis rem tractaturum. Atqui ex tri-  
ennio & Concilio quorum meminit, patet scriptam esse hanc Episto-  
lam, eodem fere tempore quo præcedentem.

CYPRIANVS FORTVNATO, AHIM-  
nio, Optato, Priuariano, Donatulo &  
Felici fratribus, S.

SCRIPSISTIS mihi, fratres charissimi, quod cum in  
Capsensi ciuitate propter ordinationem Episcopi ef-  
fretis, pertulerit ad vos Superius frater & collega noster:  
Ninum, Clementianum, Florum fratres nostros, qui in

Lib. 3. ep. 23



persecutione apprehēsi prius fuerant, & nomen Domini confessi, violentiā magistratus & populi frementis impetum vicerant; postmodum cum apud Proconsulē pœnis grauibz exercebantur, vt tormentorū subactos esse & de gradu gloriæ, ad quam plena fidei virtute tendebant diutinis cruciatibus ex. id. sicut nec tamen post hunc graue lapsum: non voluntate, sed necessitate susceptum, a pœnitentia agenda per hoc triennium destitisse. De quibus consulendum putastis, an eos ad communicationem iam fas esset admittere. Et quidem quod ad mei animi sententiam pertinet, puro his indulgentiam Domini non defuturam, quos constat stetit in acie, 7 nomen confessos esse: violentiam magistratum & populi furentis incursum immobilis fidei obstinatione vicisse, passos esse carcerem, diu inter minas proconsulis & fremitum populi circumstantis, tormentis laniantibus ac longa iteratione cruciantibus repugnasse: vt quod in nouissimo infirmitate carnis subactum videtur, meritorum præcedentium defensione releuetur: & sic satis talibus gloriā perdidisse, non tamen debere non eis & veniā locum claudere, atque eos à paterna pietate, & à nostra communicatione priuare; quibus existimamus ad deprecandam clementiā Domini posse sufficere, quod trienio iugiter ac dolenter, vt scribitis, cum summa pœnitentiæ lamentatione planxerūt. Certè non puto incautè & temerè his pacem committi; quos videmus militiæ sue fortitudine nec prius pugne defuisse, & si acies etiam denuo venerit, gloriā suam posse reparare. 8 Nam cum in concilio placuerit pœnitentiam agentibus in infirmitatis periculo subueniri & pacem dari; debent utique in accipienda pace præcedere, quos videmus non animi infirmitate cecidisse, sed in prælio congestos & vulneratos, per imbecillitatē carnis confessionis suæ coronam nō potuisse perferre; maxime cum cupientibus mori non permitteretur occidi, sed tam diu seflos tormenta laniarent, quam diu non fidem, que inuicta est, vincerent, sed carnē, quæ infirma est, fatigaret. Quoniam tamen scripsistis, vt cum pluribus collegis de hoc ipso plenissime tractem, & res tanta exigit maius & impēius de multorum collatione consilium, & nunc omnes fere inter palchæ prima solemnia apud se cū fratribz demorantur; quando solemnitati celebrandæ apud suos satisfecerint, 9 & ad me venire ceperint, tractabo cum singulis plenius, vt de eo q. cōsultus figatur apud nos & rescribatur vobis firma sententiā, multorū sacerdotū cōsilio pōderata. Opto vos, fratres charissimi sēper bene valere.

## ADNOTATIONES IN EPIST. LIII.

1. FORTVNATO, AHYMNIO | Legendum esse aut hoc patet aut AYMNO, satis patet ex Synod. Africana & Ms. Assig. Dum. March. & Causibz cod. quare neque AYMNO legendum, vt hactenus excessit, nec Ahymino, vt Manus. Appellatur in Syn. ab Aysungga. Fortunatus vero à Tuccabori.

2. OPTATO, PRIVATIANO, DONATVLO ET FELICI | Optati nulla alibi mentio, Privatianus autem in Syn. cognominatur à Sufetula, & sit eius mentio Epistola. seq. Donatulus à Capse, Felices plures fuerunt. Quia autem Capse siue Capla (vt hodie vocatur) in Numidia est, suspicor & ceteros Episcopos Numidas.

3. in Caplensi ciuitate | Quam ut iam dixi in Synodo Capse appellatur hac ciuitas, magis placet & Manus. & More. lectio, quā aut vulgata; Caplente, aut Ms. cod. Capente, præsertim quā illi cōformiter in Synodo: Capse, legat, Episcopū vero cuius sit mētio, Donatuli fuisse verisimile est.

4. Superius frater & collega | Sic recte restituit hūc locū Manus pro eo q. erat: nupcr, nā Ms. tres: & Causibz habet: super, & Angl. cod. sic Manus.

5. Ninū, Clemētiā, Florū | Nomina sūt eorū q. tormētis superati erāt.

6. per hoc triennium | Quam biennio in secessu fuerit Cyprianus, atque adeo anno integro post reditum eius hoc conscripta sit Epistola, patet scriptā anno secundo Cornelii, atq. adeo eodem fere tempore cū præcedenti.

7. nomen confessos esse | Ita cod. Angl. inexta phrasia Cyprianus, de qua Epistola præcedenti, quare non placuit quod alij adiciunt: Domini.

8. Nā cum in concilio placuerit | Etia istud idipsum quod diximus paulo ante confirmat, sit etiam eiusdem Concilij Epistola præcedenti mētio.

9. & ad me venire ceperint | Si quid diuinare in re incerta liceat, sit mihi verisimile, occasione huius consultationis indicā Synodū, cuius Epistola est q. proxime sequitur. Certe ante illā scriptā hūc cōstit. quā dātaxat hūc prioris cōsiliū fiat mētio, scriptā etiā hūc patet, paulo ante Pascha.

AD CORNELIVM SYNODI AFRICANÆ DE PACE LAPSI DANDA.

## EPISTOLA LIV.

ARG. Quam prius statuissent Africani Episcopi in concilio quodam, vt lapsi non nisi diu pœnitentia acta, admitteren-

tur ad pacem, nisi forte periculum infirmitatis virgeret: iam inflante noua persecutione, statuerunt, omnibus qui pœnitentiam egissent, pacem dandam, fortiores essent ad passionis prælium. Id Episcoporum statutum, totius Synodi nomine, nuntiā Cornelio Papa Cyprianus, atque adeo non tam ipsius Cypriani, quam Synodi Africana est hac Epistola.

CYPRIANVS, LIBERALIS, CALDONIVS, NICOMEDES, CÆCILIVS &c. Cornelio fratri, S.

STRISIME, participato inuicem nobiscum consilio, vt qui in persecutionis infestatione supplantati ab aduersario & lapsi fuissent, & sacrificijs seilicet maculassent agerent diu pœnitentiam plenam, & si periculum infirmitatis virgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, vt de sæculo recedentes sine communicatione, & pace ad Dominum dimitterentur; quando permiscit ipse, qui legem dedit, 3 vt ligata in terris etiam in cœlis ligata essent; solui autem possent illic, quæ hic prius in Ecclesia soluerentur. 4 Sed enim cum videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cepisse, & crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur, vt ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati & parati simus; plebem etiam nobis de diuina dignatione commissam exhortationibus nostris paremus, & omnes omnino milites Christi qui arma desiderant, & prælium flagitant, intra castra Domini colligamus: 6 necessitate cogente, censuimus, eis qui de Ecclesia Domini non recesserunt, sed pœnitentiam agere & lamentari, ac Dominum deprecari à primo lapsi sui die non destiterunt, pacem dandam esse; & eos ad prælium, quod imminet, armari & instrui oportere. 7 Obtemperandum est namque ostensionibus, atque admonitionibus iustis, vt à pastoribus oues in periculo non deserantur, sed grex omnis in vnum congregetur, & exercitus Domini ad certamen militiæ cœlestis armetur. Merito enim traheretur dolentium pœnitentia tempore longiore, vt infirmis in exitu subueniretur, quam diu quies & tranquillitas aderat, quæ differe diu plangentium lachrymas, & subuenire sero morientibus in infirmitate pateretur. At vero nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est, nec morientibus, sed viuentibus communicatio nobis danda est, vt quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed 7 protectione sanguinis, & corporis Christi muniamus; & cum ad hoc fiat Eucharistia, vt possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium volumus, munimento dominicæ saturitatis armemus. Nam quo modo docemus aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quo modo ad martyrii poculum idoneos facimus, 8 si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus? Interesse debet, frater charissime, inter eos 10 qui vel apostatauerunt, & ad sæculum, cui renunciantur, reuersi, gentiliter viuunt, vel ad hæreticos transgredi facti, contra Ecclesiam partidalia quotidie arma suscipiunt: & inter eos, qui ab Ecclesiæ lumine non recedentes, & implorantes iugiter ac dolenter diuinā & paternā solatia, nunc se ad pugnam paratos esse, & pro domini sui nomine, ac pro sua salute stare fortiter, & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed vigilantibus damus: pacem non deliciis, sed armis damus; pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. 11 Si secundum quod eos audimus, & optamus & credimus, fortiter steterint, & aduersarium nobiscum in congressione prostrauerint; non pœnitet pacem concessisse tam fortibus, immo Episcopatus nostri honor grandis & gloria est, pacem de-

diffic



disse Martyribus, ut sacerdotes<sup>12</sup> qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & victimas preparamus. Si autem (quod Dominus avertat a fratribus nostris) aliquis lapsum se fecerit, ut pacem subdole petat, & impendentis praelii tempore communicationem non praeliaturus accipiat: se ipsum fallit & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce pronunciat. Nos in quantum nobis & videre & iudicare conceditur, faciem singulorum videmus; cor scrutari, & mentem perspicere non possumus. De his iudicat occultorum scrutator & cognitor<sup>13</sup> cito venturus, & de arcanis cordis atque abditis iudicaturus.<sup>14</sup> Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adiuvari. Nec ideo martyrium facturus pax neganda est, quia sunt quidam negaturi; cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis, ne perignorantiam nostram ille incipiat praeferri, qui habet in praelio coronari.<sup>15</sup> Nec quisquam dicat, qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur: nec pax illi ab Episcopo necessaria est, habitu gloriae suae pacem & acceptum maiorem de Domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad praelium: & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit, & accendit. Dominus enim in Evangelio suo dicit: Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quando autem dicat in traditis atque in confessione nominis constitutis spiritum patris loqui; quo modo potest ad confessionem paratus aut idoneus inveniri, qui non prius pace accepta receperit spiritum patris, qui corroborans seruos suos ipse loquitur & confiteretur in nobis?<sup>17</sup> Tum deinde si fidelis omnibus rebus suis fugerit, & in latebris atque in solitudine constitutus in latrones forte incurrit, aut in febris & in languore decesserit: nonne nobis imputabitur, quod tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit, & contempta domo, & parentibus, ac liberis, sequi Dominum suum maluit, sine pace & sine communicatione decedit? Nonne nobis vel negligentia segniss, vel duritia crudelis ascribetur in die iudicii; quod pastores creditas & commissas nobis oves nec curare in pace, nec in acie voluerimus armare: nonne ingeretur nobis a Domino, quod per prophetam suum clamat & dicit: Ecce lac consumistis, lanis vos tegitis, & quod crassum est interfecistis, & oves meas non pascitis; quod infirmum est non confortastis, & quod male habuit non corroborastis, & quod contribulatum est non consolati estis, & quod errabat non reuocastis, & quod perit non inquisistis, & quod forte fuit, confecistis labore: & dispersa sunt oves meae, eo quod non sunt pastores; & facti sunt in conesturam omnibus bestiis agri: & non fuit qui inquireret, qui reuocaret. Propterea haec dicit Dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oves meas de manibus eorum, & auertram eos ut non pascant oves meas,<sup>18</sup> & iam non pascant eas, & extraham oves meas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio. Ne igitur ore nostro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanae crudelitatis, quam diuinæ & paternæ pietatis opponimus, oves nobis commissæ a Domino reposcantur<sup>19</sup> placuit nobis, sancto spiritu suggerente, & Domino per visiones multas & manifestas admonente, quia hostis nobis imminere prænuntiatur & ostenditur, colligere intra castra milites Christi & examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere:<sup>20</sup> quod credimus vobis quoque paternæ misericordiae contemplatione placitum.<sup>21</sup> Quod si de collegis aliquis exierit, qui vrgente certamine pacem fratribus & sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die iudicii Domino vel importuna censura, vel inhumanae duritiae suae. Nos, quod fidei, & charitati, sollicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra, protulimus; diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exurgere: pugnam non talem qualis fuit, sed grauiorem multo & acriorem venire. hoc nobis diuinitus frequenter ostenditur; de hoc nos providentia & misericordia Do-

mini sæpius admonet, de cuius ope & pietate qui in eum confidimus, possumus esse securi: quia qui in pace militibus suis futuram prænuntiat pugnam, dabit militantibus in congressione victoriam.<sup>22</sup> Optamus te, frater charissime, semper bene valere.

# ADNOTATIONES IN EPISTOLA LIIII.

**LIBERALIS, CALDONIVS, NICOMEDES, CACILIVS, IVNIUS, MARCVTIVS** | Horum omnium etiam infra sit mentio in Epigrapha Epistolæ Cypriani ac coepiscoporum ad Episcopos Numidas de baptizandis hæreticis: Cacilij vero & Nicomedis etiam in Epistola ad Clerum & plebes Hispaniarum. Porro de Liberali & Marcuto nulla alibi est mentio. De Caldonio supra frequenter. Nicomedes in Synodo Carthag. nuncupatur à Segermis Cacilius à Bilita, Iunius à Neapoli. Porro et si hic Ms. Afflig. March. & Dun. cum excusis veteri & Remboldo legant: Iulius & Marcius, placet magis Cambron. cod. & vulgata excusorum lectio: Iunius, eo quod sic appellatur in Synodo, & Marcius, placet magis Mamutio.

**FELIX, SVCCESVS, FAVSTINVS, FORTVNATVS, VICTOR** | Horum etiam epistola dicta de bapt. hæret. sit mentio, excusis Faustino, cuius nomen alibi non reperio, in forte legendum sit pro: Faustinus: Faustus, nam Fausti in Synodo & in Epistola ad Hispan. sit mentio. Vbi etiam Successi, Fortunati, & Victoris nomina habentur. Porro sex Episcopi nomine Felices recensentur in Synodo, & quibus duo fuerint Numida, ad quos scribitur Epistola infra lxx. primus vero in Syn. est Felix à Bagai. Successus cognominatur ab Abn. Germanitana, & ad illum scribitur Epistola penultima, Fortunatus vero à Tuccabori, & ad illum scribitur, in fallor, Epistola lvi. & liber de horatione Martyrii, nisi forte ad alterum illum Fortunatum scripta sit, cuius paulo post sit mentio. Victoris vero tres dicuntur sententiam in Synodo, suspicor hunc esse Victorem à Gor.

**SATVRNINVS, ALIVS SATVRNINVS, ROGATIANVS** | Sic Cambr. cod. & excusis Erasmi. Manus. Morel. Ms. vero alij tres, vetus excusus, Remboldus omittunt: Rogatianum, sed quem in vtraque Epistola citata legatur illo & in Syn. Carthag. ad illum quoque sit epistola infra de superbo Diacono, magis placet prior lectio. Saturnini autem duo primi in Synodo, cognominantur à Victoriana & à Tucca.

**TERTVLLVS, LVCIVS** | Hos duos adieci recens Manus. & Morel. pro utroque autem horum habuit Ms. March. Blandin. Afflig. Dun. & vetus excusus cum Remboldo: AVRELIVS. Verum quum in ipsi illis cod. vbi postea aliterius Aurelij sit mentio non ponatur: ALIVS, nec id legat Cambr. cod. nec ceteri excusi, nolui adieci: Præsertim quum immediate sequatur Saturninus, vbi alij habent: alius Saturninus, est enim magna literarum vicinitas, inter alius est Aurelius. De Tertullo autem supra alicubi latius sit eiusdem mentio Epistola sepe dicta de bapt. hæret. & Luciani quoque, qui cognominatur in Synodo à Rucumma.

**SATTIVS, SECVNDINVS** | Desiderantur etiam isti in tribus illis Ms. veteri excusis, & apud Remboldum, sed reperiuntur in cod. Cambron. & excusis ceteris omnibus, quare retinenda duximus hæc omnia: præsertim quum vtriusque etiam sit mentio Epistola ad Hispan. & Sattij quoque in Epistola de Baptiz. hæret. Cognominatur etiam in Syn. Sattius à Sicillia & Secundinus à Cadias.

**ALIVS SATVRNINVS EVTYCHES** | Hos habent Ms. & excusis omnes. Saturninus autem tertius in Synodo vocatur ab Autini; & tres quoque Saturnini sunt in Epigrapha Epistolæ de bapt. hæret. illa vero duo diutaxat. Eutychis vero nulla estiam mentio.

**AMPLIVS ALIVS SATVRNINVS, AVRELIVS PRISCVS** | Sic Manus. & Morel. alibi obique desideratur: Amplius, pro quo quidem Ms. tres, vetus excusus, & Remboldus legunt: LAMBVS, sed quia postea lambi sit mentio non præmissa voce: alius, & minus diutaxat lambus numeratur in Synodo, minus placet; quamquam tamen nec Ampli nomen estiam repetatur, atque adeo fortassis etiam sit superfluum. Aurelij vero duo scribunt Epistolam ad Hispan. & in Syn. sententiam dicunt; quorum primus cognominatur ab Vtica: Prisci autem nulla alibi est mentio, neque quartus Saturnini.

**HERCVLANVS, VICTORICVS, QVINTVS, HONORATVS** | Herculani sit mentio infra Epistola lxx. de bapt. hæret. & supra Epistola lxxviii. & xxxix. Victorici Epistola lxxviii. ac Hispan. qui in Syn. appellatur à Thabraca. Quinti & Honorati vtriusque, quorum ille in Syn. ab Aggia, hic vero cognominatur à Tucca. habet etiam ad Quintum Epistolam infra lxxij.

**MANTHANEVS, HORTENSIVS, VERIANVS, LAMBVS** | Manthaneus legitur plerique excusi & Ms. solus Cambr. Manthaneus. Hortensianus cuius quoque sit mentio Epistola lxx. vocatur in Syn. à Laribus. Verianus, legitur Ms. ad unum omnes, pro eo quod erat in excusis: Gerianus, pro quo Manthani Verianus, sed quod non placet, Lambus cuius etiam sit mentio Epistola lxxviii. vocatur in Syn. à Germanitana.

**DONATVS, POMPONIVS, POLYCARPVS, DEMETRIVS** | De Donato vido supra Epistolam i. Ad pomponiam est infra Epistola de virginibus, & sit eius mentio vtriusque Epistola supra dicta, Polycarpi sit mentio supra Epistola xlv. & infra lxx. quare miror quomodo irrepperit in textum Polij Marcus, quum priori modo legantur Ms. omnes, vetus excusus & Remboldus. Demetrius autem nusquam sit mentio, præterquam Epistola lxxviii.

**ALIVS DONATVS, PRIVATIANVS, FORTVNVS**



TVS.] Alterius Donati sit quoque mentio Epistola lxxvij. nescio vero quis fuerit: Priuarianus, cognominatur in Synodo à Suffulda, Fortunari autem secundi nulla alibi sit mentio.

ROGATVS ET MYNNVLVS. ] Rogati nulla alibi mentio. Monnullus legunt Ms. tres & Cauchij, verus quoque excusis, & Remboldus. Cambr. vero codex: Monnullus, quare magis placet hac lectio, quam aut: Monnullus, sicut vulgari, aut: Monnullus, sicut Manus aut Montulus, sicut legit Morel. præsertim quum in Ms. cod. in Synodo legatur, Munnullus, à Griba.

2. Si: ueramus quidem iam pridem ] Quantum conijcere licet, fuit hoc statutum in Synodo Africana post Pascha, statim à reditu Cypriani è suo secessu. Quale quidem statutum legitur in Synodo Romana habita à Cornelio, ut testatur Eusebius.

3. ut ligata in terris, etiam in cælis ligata essent ] Alludit ad illud Matth. 18. Amen dico vobis, quicumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quicumque solueritis super terram erunt soluta & in cælo, præterquam quod ipse legat: in cælis, ubi hodie & Græce & Latine habetur in cælo.

4. Sed cum cum videamus ] Sic Cambr. cod. & Manus in ceteris desideratur: enim. Patet autem hinc, scriptam esse hanc Epistolam in statuente secunda persecutione, atque adeo ante Epistolam lv. quæ scripta est iam in cæpta persecutione, utpote in qua dicit, se ad Leonem deuotum postulatum à populo.

5. crebris & assiduis ostensionibus ] Similes ostensiones habuit Cyprianus de pace futura in suo secessu, uti supra in Epistola lvi scriptis frequens est.

6. necessitate cogente censuimus ] Hinc patet recte pro tempore & personis mutari statuta conciliorum priorum per posteriora, præsertim provincialium.

6. Obtemperandum namque est ] Error Remboldi qui legit: obtemperantis, remansit inculgatus omnibus. Nam Ms. s. nostri & Cauchij, verus quoque excusis hoc pacto legit, quare recte etiam sic Manus, & Morel.

7. protectione corporis & sanguinis Domini &c. ] Similis propositus est locus Epistola ad Thibaritanos, unde constat eodem fere tempore scriptam, frequenter etiam corporis & sanguinis Domini meminit Cyprianus, ut ex indice constat, quæ omnia loca, confirmant Catholicam de veritate corporis & sanguinis Domini in Eucharistia sententiam. Atque adeo hac de re tractandi locus hoc oportuni fore, verum ne sim prolixior, lectorem remitto ad Classes Auditorum Ioannis Garcij, qui optimam Catholicis omnibus nauauit operationem.

8. cum ad hoc fiat Eucharistia ] Notatu digna veterum phrasis, quæ fieri sine facere Eucharistiam dicebant, verum de ealatiis Epistola ad Cæcil. de sacramento calicis.

9. Si non eos prius ad bibendum poculum Domini iure communicationis admittimus ] Nullam ex hoc loco colligi posse necessitatem communicandi sub utraque specie, pulchre deducit insignis Theologus D. Iohannes Hesletius in suo tractatu de communione sub altera specie, ad quem lectorem remittimus: pluribus ea de re acturi in Epistola iam dicta ad Cæciliam, & libro de orat. Dominica.

10. qui vel apostatauerunt, & ad seculum cui renouantur, &c. ] Apostatare pro defecere à religione, deriuatum à Græca voce *ἀποστατίζω* veteribus usitatum fuit, hinc dictus fuit Apostata Iulianus Imperator. De renouatione autem seculi quæ fit in Baptismo, vide supra Epistolam 7.

11. Si secundum quod eos audiimus & optamus & credimus ] Sic Morelius, ceteri omnes non aliud quam: audimus, aut audiui-mus.

12. qui sacrificia Dei quotidie celebramus ] Mos erat apud veteres, ut quotidie sacrificia celebrarent Episcopi, nam & alibi simile quid habet. De sacrificijs autem latius dicta Epistola ad Cæciliam.

13. cito venturus ] Hoc tum Apostolis tum Cypriano & alijs veteribus usitatisimum, ut iudicium extremum inflare sua quisque ætate existimaret: præsertim adhuc vigentibus illis primarum Imperatorum persecutionibus.

14. Obesse autem mali bonis non debent ] Locus hic requirebat de commixtione bonorum & malorum in Ecclesia tractatum, sed plura hac de re Epistola ad Antonianum & lib. de unitate Ecclesiæ Catholice.

15. qui habet in prælio coronari ] De hac phrasí Cypriani supra alibi, mutata est autem à Græcis.

16. Nec quisquam dicat: Qui martyrium tollit ] Sic Ms. omnes & vetus excusis; Manuius quoque & Morelius pro quo prius Remboldus & eum sequutus Erasmus: tulit, videtur alludere hac phrasí ad illud Saluatoris nostri: Qui non tollit crucem suam, &c. Mirum est autem, quid sibi hic velint huius Synodi patres & ipse cum illis Cyprianus, dum dicere videntur, nondum reconciliatis ab Ecclesia, non sufficere Martyrium ad salutem, quum tamen Cyprianus Epistola infra ad Iubaianum disertis verbis fateatur, Cathecumenes ante baptismum sufficere Martyrium ad salutem, vocans illum baptismum sanguinis. Videtur enim eadem utroqueque ratio, neque enim magis Cathecumeni ante baptismum (quaratione hic potissimum videtur) acceperunt Spiritum sanctum, quam lapsi ante pacem datam. Imprimis autem, non tam negant baptizari suo sanguine Martyrem nondum baptizatum (de qua sententia latius infra Epistola ad Iubaianum, quam quod inde necessaria consequentia deduci non posse velint, pacem accipere lapsos per Martyrium. Et fortassis dubitandi illis causa fuit criminis enormitas, utpote sacrificij idolis immolati, quod non v-

no in loco summum criminum omnium crimen esse, scriptis deducit Cyprianus. Deinde non tam aperta habebant scripturam de Martyrio lapsorum, atque de martyrio Cathecumenorum, aut eorum qui ad fidem primum accedebant. Pro priori enim sententia citat Cyprianus latronis exemplum in cruce: & D. Augustinus tum illud ipsum, tum Cornelij Centurionis Martyrium innocentium. Pro posteriori sententia nescio an scribere à quopiam allegata reperiantur. Atque adeo consultius existimabam si pacem acciperent, tum ob dictam incertitudinem, tum ut recepta Eucharistia (ut loquuntur) vires eorum erigerentur & accenderentur ad Martyrium: nos hoc suo facio instruere, ut in dubijs tutiore semper sententiam sequamur. Quandoquidem tamen eadem videtur ratio utroqueque, eadem utrobique causa est Martyrij, idem fidei seruior, ego certe æque lapsos Martyrio posse pacem consequi in articulo necessitatis, atque Cathecumenes arbitror: præsertim quum, ut mox dicemus, etiam extra martyrium, veram ad Deum cordis conuersionem & veram poenitentiam in necessitate, vitem absolutionis obtinere, lectores doceant scholastici, & Patrum quidam, imo & ipse Cyprianus.

17. Tum deinde si relictis omnibus ] Sic Manus. solus & recte, ceteri: Tunc. Habet similes locos apud Leonem Epistola nonagesima nona ad Episcopum Forlitensem, D. Augustinus Epistola 180. ad Honoratum, & D. Gregorius Nazianzenus sub finem orat. de Baptismo. Faciunt autem magnopere hi loci, ad confirmandam necessitatem confessionis. Si enim vique adeo necessaria sit reconciliatio poenitentis per sacerdotem, ut tanti viri non sine securi de salute illorum, qui quantumvis poenitentes sine absolutione sacramentali ex hac vita decedunt, profecto ad salutem necessariam esse illam iudicant. Quod vique adeo per suum veteribus fuit, ut tum Cyprianus, tum Clerus Romanus, hoc semper Epistolis suis inculcarint, ut decedentibus ex hac vita pax daretur, etiam nondum exacta poenitentia, quem admodum supra videre est in Epistolis de lapsis, præsertim autem in iij. xij. xliij. xvi. & xxxi. Eandem necessitatem comprobant Fabiani illud Martyrij & Pontificis Epistola secunda Decretal. Illi qui illa peccata perpetrarunt, de quibus Apollonius ait: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequuntur, ad emendationem compellendi sunt; quia in barbarum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subueniunt fuerit. Eodem etiam pertinent verba quæ habentur initio huius Epistolæ, & quæ diximus Epistola ad Antonianum. colligit etiam hinc, improbabilem esse eorum sententiam qui solam contritionem sufficere plerumque existimant ad remissionem peccatorum: si id enim verum esset, non tantopere inculcarentur à predictis patribus necessitas absolutionis, siue reconciliantis. Verum enimvero eisdem ordinaria non sit peccatorum remissio in decedentibus sine confessione, quod dictis locis voluit Patres, non tamen sic esse alligata Dei potentiam visibilibus sacramentis, ut non aliquando etiam inuisibilibus sine sacramentis operetur, utque in necessitate satis colligitur, ex iis quæ paulo ante diximus de Cathecumenis sine baptismo morientibus, in quibus non solum baptismum supplere per martyrium, sed & per penitentiam (ut loquuntur) cordis ad Deum conuersionem, disertis verbis docent D. D. Ambrosij. orat. funeb. de obitu Valentini Imperator. Augustini libro quarto de Baptismo contra Don. capite vigesimo secundo. Bernardus Epistola ad Hugonem de Sancto Victore, ipse quoque Hugo lib. de sacramentis parte sexta capite septimo. Eadem est etiam inquit, idem D. Augustinus capite ultimo libro primo de adult. coniug. reconciliantis causa, quæ Baptismatis, si forte poenitentem finiente vite periculum pre-occupauerit, cui simile quid habet etiam capite ultimo libro de natura boni contra Manich. Haymo quoque in tertio capite Epistolæ ad Roman. Et D. Bernardus in dicta Epistola. Immo ipse Cyprianus, qui Epistola ad Thibaritanos, illis qui in solitudinibus positi in persecutione mortui fuerint, etiam sine absolutione sacramentali, non salutem modo, sed & Martyrij coronam promittit. Quando igitur sacramenta Baptismi aut poenitentis excludit non contentus, sed necessitas, non desperandum de illis, qui sine sacramentis illis hinc decedunt.

18. & iam non paſcent eas ] Sic Cambr. & excusis Erasmi omnes, desiderantur vero hæc verba in Ms. tribus, veteri excusis & apud Remboldum, quare & ego prætermisissim, nisi tale quid legeret D. Augustinus Hieronymus in versione 70. pro eo quod Hebræi habent: & non paſcent amplius semetipsos, in mo & Cyprianus eadem verba legit infra Epistola lxxvj.

19. placuit nobis Spiritu sancto suggerente ] Verba non nunc solum, sed olim usitata in Concilijs, immo ab ipsis Ecclesijs in unanimitate nam Act. 15. dicitur: placuit Spiritui sancto & nobis, &c.

20. quod credimus vobis quoque, &c. placitum ] Mutum facit hic locus pro confirmatione Pontificia dignitatis, nam quodammodo confirmari petunt suam à Cornelio sententiam.

21. Quod si de collegis, &c. ] Videtur alludere ad illos qui Nouatiani partes inebantur, verum de his latius Epistola ad Anton.

22. Optamus te ] Hanc clausulam recens adiecerunt Manus. & Morel. in ceteris desideratur.

## AD CORNELIVM DE FORTVNATO & FELICISSIMO, siue coactura hæreticos.

### EPISTOLA LV.

Argumentum. Imprimis monet Cornelium Cyprianus hac Epistola, ut Felicissimi & Fortunati contra se calumnias non audiat, nec minis eorum terreatur, sed fortis sit animo, sicuti Dei

facit.



*saecularem contra hereticos decet, virote qui pro more hereticis  
vstitato, heresim suam & schismata inceperint ex contemptu v-  
nius in Ecclesia Episcopi; obiter etiam indicans vnde vtriusque soleant ha-  
ereses & schismata, vt merito à Morelio inscribatur contra ha-  
reticos.*

CYPRIANVS CORNELIO FRA-  
tri Salutem.

**L**EGIT litteras tuas, frater charissime, quas per Sa-  
lurum fratrem nostrum Acolumum misisti, & di-  
lectionis fraternae, & Ecclesiasticae disciplinae, & sacer-  
dotalis censuras satis plenas; quibus significasti, <sup>1</sup> Felici-  
ssimum hostem Christi, non nouum, sed iam pridem  
ob crimina sua plurima & grauissima abstentum, & non  
tantum mea sed plurimorum <sup>2</sup> coepiscoporum senten-  
tia condemnatum, <sup>3</sup> reiectum à te illic esse, & cum veni-  
ssset stipatus caterua & factione desperatorum, vigo-  
re pleno, <sup>4</sup> quo Episcopos agere oportet, pulsus de  
Ecclesia esse: de qua iam pridem cum sui similibus, Dei  
maiestate, & Christi Domini & iudicis nostri seueri-  
tate, depulsus est, ne schismatis <sup>5</sup> & dissidii auctor, ne  
pecunia commisit sibi fraudator, ne stuprator virgi-  
num, ne matrimoniorum multorum depopulator at-  
que corruptor, vltra adhuc sponfam Christi incorru-  
ptam, sanctam, pudicam, praesentiae suae dedecore, & im-  
pudica atque incesta contagione violaret. <sup>7</sup> Sed enim  
lecta tua Epistola, frater, quam primis litteris sub-  
iunxisti, satis miratus sum: cum animaduertissem te  
minis atque terroribus eorum, qui venerant, aliquan-  
tum esse commotum, cum te secundum quod scriptu-  
sti, aggressi essent, cum summa desperatione commi-  
nantes quod si litteras quas auferant non accepisses,  
publice eas recitarent, & multa turpia ac probrobra, &  
ore suo digna proferrent. Quod si ita res est, frater cha-  
rissime, vt nequissimorum timeatur audacia, & quod  
mali iure, atque aequitate non possunt, temeritate ac  
desperatione perficiant: actum est de Episcopatus vigo-  
re, & de <sup>8</sup> Ecclesiae gubernandae sublimi ac diuina po-  
testate, nec Christiani vltra aut durare, aut esse iam  
possimus, si ad hoc ventum est, vt perditorum minas  
atque insidias pertimescamus. Nam & gentiles, <sup>9</sup> & Iu-  
dei minantur, & heretici, atque omnes, quorum pe-  
ccata & mentes <sup>10</sup> diaboli <sup>11</sup> obsedit, venenatam ra-  
biem suam quod die furiosa voce testantur, non tamen  
iccirco cedendum est, quia minantur, aut ideo aduer-  
sarius & inimicus maior est Christo, quia tantum sibi  
vendicat & assumit in saeculo. Manere apud nos debet,  
frater charissime, fidei robur immobile, & stabilis at-  
que inconvulsa virtus contra omnes incurfus, atque im-  
petus oblatrantium fluctuum, velut petrae obiacentis  
fortitudine & mole debet obistere. Nec interest, vn-  
de Episcopo aut terror aut periculum veniat; qui terro-  
ribus & periculis viuunt obnoxii, & tamen sit de ipsis ter-  
roribus ac periculis gloriosus. Nec enim solas gentilium  
vel Iudeorum minas cogitare & spectare debemus, cum  
videamus, ipsum Dominum à fratribus esse detentum,  
& ab eo, quem inter Apostolos ipse delegat, proditu-  
rum: inter initia quoque mundi Abel iustum non nisi  
frater occiderit; & Iacob fugientem persequutus sit fra-  
ter infestus; & Ioseph puer venierit vendentibus fra-  
tribus: <sup>12</sup> in Euangelio etiam legimus esse praedictum,  
magis domesticos inimicos futuros, & qui prius copu-  
lati sacramento vnanimitatis fuerint, ipsos inuicem tra-  
dituros. Nihil interest quis tradat, aut sciat, cum Deus  
tradi permittat quos disponit coronari. <sup>13</sup> neque enim  
nobis ignominia est pati à fratribus, quod passus est  
Christus: nec illis gloria est facere, quod fecerit Iudas.  
Quae autem sui elatio est, quae comminantium tumens  
& inflata & vana iactatio; illic absenti minari, cum hic  
me habeant in potestate praesentem? Coniugia eorum,  
quibus se & vitam suam quotidie lacerant, non time-  
mus; fustes, & lapides, & gladios, quos <sup>14</sup> verbis par-  
ricidalibus iactitant, non perhorrescimus. Quod in il-  
lis est, homicidae sunt apud Deum tales: necare tamen

non possunt, nisi eis Dominus <sup>15</sup> necare permiserit. Et  
cum nobis semel moriendum sit, illi tamen & odio, &  
verbis, & delictis suis quotidie perimunt. Sed non ic-  
circo, frater charissime, relinquenda est Ecclesiastica  
disciplina, aut sacerdotalis soluenda censura, quoniam  
coniugijs infestamur, aut erroribus quatimur; quan-  
do <sup>16</sup> occurrit & moneat scriptura diuina dicens: Ille ve-  
ro qui praesumit & contumax est, vir sui iactans, <sup>17</sup> nihil omnino  
perficiet, qui dilatat <sup>18</sup> tanquam infernus animam suam. Et  
iterum: Et verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius  
<sup>19</sup> in stercore erit & in vermes. <sup>20</sup> Hodie extolletur, & cras non  
inuenietur, quoniam conuersus est in terram suam, & cogita-  
tio eius <sup>21</sup> perit, Et iterum: Vidi impium exaltatum, & ex-  
tollit super cedros Libani & transfuit, & ecce non fuit, & oue-  
ruit eum, & non est inuentus locus eius. Exaltatio, & in fla-  
tio, & arrogans, ac superbia iactatio, non de Christi  
magisterio, qui humilitatem docet, sed de Antichristi  
spiritu nascitur, cui exprobat per prophetam Domi-  
nus, & dicit: Tu autem dixisti in animo tuo: In caelum ascen-  
dam, super stellas Dei ponam selem meam: Sedebo in monte  
alto super montes altissimos aquilonem, ascendam super nubes, ero  
similis altissimo. Et addidit dicens: Tu vero ad inferos descen-  
dens in fundamenta terra. & qui videbunt te, mirabuntur su-  
per te, Vnde & parem talibus poenam scriptura diuina  
loco alio comminatur & dicit: Dies enim Domini Sabaoth  
super omnem iniuriosum & superbum, & super omnem elatum  
& excelsum. De ore itaque ac de verbis suis vnusquisque  
statim proditur, & vtrum Christum in corde suo, an  
vero Antichristum habeat: loquendo detegitur: secun-  
dum quod Dominus in Euangelio suo dicit: Progenies vi-  
perarum quomodo potestis bona loqui, cum sitis nequam? de abu-  
dantia enim cordis os emittit. Bonus homo de bono thesauro <sup>22</sup>  
emittit bona, & nequam homo de nequam thesauro emittit  
nequam. Vnde & diues ille peccator, qui de Lazaro in  
sinu Abrahae posito atque in refrigerio constituto, im-  
plorat auxilium, cum in tormentis cruciatus flam-  
mae cremantis ardoribus aduratur, inter omnes corpo-  
ris partes magis os eius & lingua penas dat; quia plus  
scilicet lingua sua & ore peccauerat. Nam cum scriptu-  
sit: Neque maledicti regnum Dei consequentur; & iterum Do-  
minus in Euangelio suo dicit: Qui dixerit fratri suo, fa-  
tue; & qui dixerit racha, <sup>23</sup> reus erit in gehenna ignis; quo-  
modo possunt censuram Domini vltoris euadere, qui  
talitè ingerunt non solum fratribus, sed & sacerdotibus;  
quibus honorantur de Dei dignatione conceditur, vt  
quisquis sacerdoti eius & ad tempus hic indicanti non  
obtemperaret, statim necaretur? In Deuteronomio lo-  
quitur Dominus Deus, dicens: Et homo qui unquam fecerit in  
superbia vt non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicumque  
fuerit in diebus illis, morietur homo ille; & omnis populus cum  
audierit, timebit; & non agent impie etiam nunc. Item ad Sa-  
rauelem, cum à Iudeis sperneretur, Deus dicit: non te  
spreuerunt, sed me spreuerunt. Et Dominus quoque in Euan-  
gelio: Qui audit vos, inquit, me audit, <sup>24</sup> & cum qui me mi-  
sit: & qui reuicit vos, me reuicit: qui me reuicit, reuicit eum qui  
me misit. Et cum leprosum mundasset: Vade, inquit, &  
demonstra te sacerdoti. Et cum postea tempore passionis a-  
lapam accepisset à seruo sacerdotis, cumque ei dixisset:  
Sic respondes pontifici? aduersus pontificem Dominus con-  
tumeliose nihil dixit, nec quidquam de sacerdotis ho-  
nore detraxit, sed innocentiam suam magis asserens &  
ostendens: Si male, inquit, locutus sum, exprobra de malo:  
si autem bene, quid me cadis? Item in Act. Apostolorum.  
Postmodum beatus Apostolus Paulus cum ei dictum  
esset: <sup>25</sup> Sic inquit in sacerdotem Dei maledicendo? quam-  
uis Domino iam crucifixo, sacrilegi, & impii, & cru-  
enti illi esse ccepissent; nec iam quidquam de sacer-  
dotali honore & auctoritate retinerent: tan en i-  
psum quamuis inane nomen & vmbra quandam sacer-  
dotis <sup>26</sup> cogitans Paulus: Nesciebam, inquit, fra-  
tres, quia Pontifex est scriptum est enim: <sup>27</sup> Principem popu-  
li tu non maledices. Cum haec tanta ac talia, & multa a-  
lia exempla praecedant, quibus sacerdotalis auctoritas  
& potestas de diuina dignatione firmatur; quales put-  
tas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra Ecclesia ca-

Abac. 2.

1. Mach. 5.

Psalm. 36.

Esa. 14.

Esa. 2.

Matth. 12.

Luc. 6.

1. Cor. 6.

Matth. 5.

Deut. 17.

1. Reg. 8.

Luc. 10.

Matth. 8.

Ioan. 18.

Act. 23.



tholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicii ultione terrentur? <sup>27</sup> Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sūt schismata, <sup>28</sup> quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitur. Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quidquam moueret; nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium; post cœpiscoporum consensum, iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret; nemo discidio vnitatis, Christi Ecclesiam scinderet; nemo sibi placens actumens seorsum fortis hæresim nouam conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, vt putet sine Dei iudicio fieri sacerdotem, cum Dominus in Euangelio suo dicat: *Nonne duo passeret asse veniunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris voluntate?* Cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat: existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente Deo, in Ecclesia Dei fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordinati? Hoc est fidem non habere, quæ viuimus, hoc est Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi, & gubernari omnia scimus & credimus. Plurè Episcopi non de voluntate Dei fiunt; <sup>29</sup> qui extra Ecclesiam fiunt, sed contra dispositionem & traditionem Euangelij fiunt: sicut ipse Dominus in duodecim Prophetis ponit & dicit. <sup>30</sup> *Sibi imitipsum regem constituerunt, & non per me.* Et iterum: *Sacrificia eorum tanquam panis luctus omnes qui manducant ea, contaminabuntur.* Et per Elaiam quoque Spiritus sanctus clamat & dicit: *Va vobis filij desertores, hæc dicit Dominus; habuistis consilium & non per me, & fecistis conuentum non per spiritum meum, adiuuere peccata super peccata.* Cæterum (dico enim prouocatus, dico dolens, dico compulsus) quando Episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi vniuersi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur; collegis omnibus fideliter iunctus, <sup>31</sup> plebi suæ in Episcopatu quadriennio iam probatus, in quiete seruienti disciplina, in tempestate proscriptus, applicito & adiuncto Episcopatus nomine, toties ad leonem peritus, in circo, in amphitheatro dominicæ dignationis testimonio honoratus: his ipsis etiam diebus, quibus has ad te litteras feci, ob sacrificia, quæ edicto proposito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad leonem denuo postulari in circo: cum talis, frater charissime, <sup>32</sup> à quibusdam desperatis & præditis, & extra Ecclesiam constitutis, impugnari videretur, apparet, quis impugnet. Non scilicet Christus, qui sacerdotes aut constituit aut protegit, sed ille, qui Christi aduersarius, & Ecclesiæ eius inimicus, ad hoc Ecclesiæ præpositum sua infestatione persequitur, vt gubernatore sublato, atrocius atque violentius circa Ecclesiæ naufragia grassetur. Nec quenquam fidelem & Euangelij memorem, atque Apostoli præmonentis mandata retinentem, mouere debet, frater charissime, <sup>33</sup> si quidam in extremis temporibus superbi, & contumaces & sacerdotum Dei hostes, aut de Ecclesia recedunt, aut contra Ecclesiam faciunt quando tales nunc futuros & Dominus, & Apostoli eius ante prædixerint. Nec præpositum seruum deserit à quibusdam miretur aliquis; quando ipsum Dominum magnalia & mirabilia summa faciētem, & virtutes Dei patris factorum suorum testimonio comprobantem, discipuli sui reliquerint. Et tamen ille non increpuit recedentes, aut grauiter comminatus est, sed magis conuersus ad Apostolos suos dixit: *Nunquid & vos vultis in?* seruans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibi meret ipse vel mortem appetit, vel salutem. <sup>34</sup> Petrus tamē, super quem aedificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia, vnus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait: <sup>35</sup> *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* <sup>36</sup> *& nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui:* Significans scilicet & ostendens, eos qui à Christo recesserint, culpa sua perire: Ecclesiam tamen quæ in Christum credit, & quæ semel id quod cognouerit teneat, <sup>37</sup> nunquam ab eo omnino discedere; & eos esse Ecclesiam, qui

in domo Dei permanent: Plantationem vero plantatam à Deo patre non esse, quos videmus non frumenti stabilitate solidari, sed tanquam paleas dissipantis inimici spiritu ventilari, de quibus & Ioannes in Epistola sua dicit: *Ex nobis exierūt, sed nō fuerunt ex nobis: scienim fuisse ex nobis,* <sup>38</sup> *mansissent vique nobiscum.* Item Paulus monet nos, cum mali de Ecclesia pereunt, non moueri, nec recedentibus perfidis <sup>39</sup> fidem minui: *Quid enim, inquit, si exiderunt à fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorum* <sup>40</sup> *fidem Dei euacuauit? absit!* <sup>41</sup> *est enim Deus verax, omnis autem hominū mendax.* <sup>42</sup> Quod ad nos attinet, conscientia nostræ conuenit, frater charissime, dare operam, ne quis culpa nostra de Ecclesia pereat. Si autem quis vltro & crimine suo perierit, & penitentiam agere, atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicii inculpatores futuros, qui consilium sanitati, illos solos in penis remanuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus à via recta, & à certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruat dicens: *Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Interest vtrum quis homines promereri, an Deum cupiat. Si hominibus placeret, Dominus offenditur, <sup>43</sup> si vero enitumur, & elaboramus vt possimus Deo placere; & conuicia & maledicta debemus humana contemnere. <sup>44</sup> Quod autem tibi de Fortunato isto pseudocœpiscopo, à paucis & innumeratis hæreticis constituto, non statim scripsi, frater charissime, non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet per nos festinatò statim, quasi magna aut metuenda, perferri; maxime quando & Fortunati nomen iam satis nosces, qui est vnus ex quinque presbyteris iam pridem de Ecclesia profugis & sententia cœpiscoporum nostrorum, multorum & grauissimorum virorum, nuper absentis <sup>45</sup> qui super hac re priore anno ad te litteras fecerunt: <sup>46</sup> item Felicissimum signiferum seditionis recognoscere, qui & ipse in iudeis cœpiscoporum nostrorum factis ad te pridem litteris continetur: qui non tantum abiis istis absentibus, sed abs te illic nuper de Ecclesia pulsus est. Cum hac in notitia tua esse considerem; & pro certo <sup>47</sup> hætere memorie, & discipline tuæ scirem: necessarium non putavi, celeriter & virgenter hæreticorum tibi ineptias nunciandas. Neque enim ad Catholicæ Ecclesiæ maiestatem pariter, ac dignitatem pertinere debet, quid apud se hæreticorum & schismaticorum molitur audacia. <sup>48</sup> Nam & pars Nouatiani Maximum Presbyterum, nuper ad nos à Nouatiano legatum missum atque à nostra communicatione reiectum nunc istis tibi fecisse pseudocœpiscopum dicitur. Nec tamen de hoc tibi scripseram; quando hæc omnia contemnātur à nobis, & <sup>49</sup> miserim tibi proxime nomina Episcoporum istis constitutorum, qui integri & sani in Ecclesia Catholica fratribus præstant. Quod vique ideo de omnium nostrorum consilio placuit scribere, vt erroris diluendi ac perspicendi veritatis compendium fieret, & sciretis tu & collegæ nostri, quibus scribere, & litteras mutuo à quibus vos <sup>50</sup> accipere oporteret: si quis autem præter hos, quos epistola nostra complexi sumus, scribere vobis auderet, sciretis eum vel sacrificio, vel libello esse maculatum, vel vnum de hæreticis peruersum scilicet & profanum. Nactus tamen occasionem familiarissimi hominis <sup>51</sup> & clerici; per Felicianum Acoluthum, quem <sup>52</sup> cum Perseo collega nostro miseras, inter cætera quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato isto tibi scripsi. Sed dum istis Felicianus frater noster vel vento redardatur, vel accipiendis aliis Epistolis à nobis derinetur, Felicissimo ad vos propterante præueniens est. <sup>53</sup> Ita enim semper scelera festinant, quasi contra innocentiam festinatione præualeant. Per Felicianum autem significauit tibi, frater venisse Carthaginem <sup>54</sup> Priuatum veterem hæreticum, in Lambesitana colonia, ante multos fere annos ob multa & graua delicta, nonaginta Episcoporum sententia contemnatum, <sup>55</sup> Antecessorum etiam nostrorum, quod & vestram conscientiam non latet, Fabiani & Donati litteris fenerissime notatum: qui cum causam suam apud nos <sup>56</sup> in concilio, quod habuimus Idibus Maiis

Matth. 10.

Osee 8.  
Osee 9.  
Esa. 30.

2. Tim. 3.

Matth. 16.  
Ioan. 6.1. Ioan. 2.  
Rom. 3.

Gal. 1.

quæ



quæ proxime fuerunt, agere velle qui se diceret, nec admissus esset, Fortunatum istum sibi pseudoepiscopum dignum collegio suo fecit. <sup>58</sup> Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quæ ipse extra Ecclesiam in hæresi, pseudoepiscopum olim constituerat. Sed & Iovinus & Maximus comites <sup>59</sup> cum Priuato hæretico affuerunt, ob nefanda sacrificia & crimina in se probata, sententia <sup>60</sup> novem Episcoporum collegarum nostrorum condemnati, <sup>61</sup> & iterato quoque à pluribus nobis in concilio anno priore abstanti. Cum his autem quatuor iunctus est <sup>62</sup> & Repollus <sup>63</sup> Sturnicensis, qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam partem plebis suæ sacrilega persuasionem deiecit. Hi quinque cum paucis vel <sup>64</sup> sacrificiis, vel male sibi consens, Fortunatum sibi pseudoepiscopum cooptarunt, vt criminibus in vnum conuenientibus, talis esset scilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc iam & cætera mendacia, frater charissime, potes noscere, quæ illis homines desperati, & perditū ventilaerunt, vt cum de sacrificiis vel de hæreticis amplius quam quique pseudoepiscopi non fuerint qui Carthaginem venerint, & Fortunatum sibi dementiæ suæ socium constituerint; illi tamen quasi filij diaboli; & mendacio pleni, ausi sunt, vt scribis, <sup>65</sup> iactitare viginti quinque Episcopos affuisse: quod mendacium & illic prius apud fratres nostros iactitabant, dicentes viginti quinque Episcopos de Numidia esse venturos, qui sibi Episcopum facerent; quo in mendacio suo posteaquam, quinque solis conuenientibus naufragis & à nobis abstantis, detecti sunt, atque confusi Romam <sup>66</sup> cum mendaciorum suorum merce nauigaerunt, quæ mendaces post eos nauigare non possent, quæ mendaces linguas rei certæ probatione conuinceret. Atque hæc est, frater, <sup>67</sup> vera dementia, non cogitare, nec scire, quod mendacia non diu fallant; nec tam diu esse, quam diu illucescat dies, clarificato autem die, & sole oborto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem latrocina, cessare. Denique si nomina ab eis quæres, non haberent vel quos falso nominarent: tanta apud eos etiam malorum penuria est, vt ad illos nec de sacrificiis, nec de hæreticis viginti quinque colligi possint. Et tamen ad decipiendas aures simplicium & absentium mendacio numerus inflatur, quasi et si verus esset hic numerus, aut ab hæreticis Ecclesia, aut <sup>68</sup> ab iniustis iniustia vincatur. Nec me oportet, frater charissime, paria nunc cum illis facere, & ea, quæ commiserunt atque hucusque committunt, meo sermone decurrere; cum considerandum sit nobis quid proferre & scribere sacerdotibus Dei oporteat, nec tam dolor apud nos debeat, quam pudor loqui, & ne videar prouocatus maledicta potius, quam crimina & peccata congerere. <sup>69</sup> Taceo itaque de fraudibus Ecclesiæ factis: coniurationes, adulteria, & varia delictorum genera prætereo: vnum illud (in quo non mea, nec hominum, sed Dei causa est,) de eorum facinore non puto esse reticendum; quod à primo statim persecutionis die, cum recentia delinquentium facinora feruerent, & sacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsæ lapsorum <sup>70</sup> atque ora fumarent, communicare cum lapsis & <sup>71</sup> penitentia agendæ intercedere non destiterunt. Clamat Deus: *sacrificans dignus eradicabitur, nisi Domino soli.* Et Dominus in Euangelio dicit: *Qui me negauerit, negabo illum.* Et alio loco indignatio & ira diuina non tacet dicens: *illis fudistis libamina, & illis impo-*

*suis sacrificia: super hac non imago abori?* dicit Dominus: Et intercedunt ne rogetur Deus, qui indignari ipse testatur. Intercedunt ne exoretur precibus, & satisfactionibus Christus, qui ne gentem se negare profiteretur. <sup>72</sup> Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso litteras misimus, nec auditi sumus. <sup>73</sup> Concilio frequenter actum, non confessione tantum nostra, sed & comminatione decreuimus; vt penitentiam fratres agerent, vt penitentiam non agentibus nemo temere pacem daret; & illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotes Dei impio furore temerarij, de Ecclesia recedentes, & contra Ecclesiam patricidalia arma tollentes, elaborant (vt opus

suum diaboli malicia <sup>74</sup> consumment) ne vulneratos diuina clementia in Ecclesia sua curet; miserorum penitentiam mendaciorum suorum fraude corrumpent, ne Deo indignanti satisfiat; ne Christum Dominum suum, qui <sup>75</sup> Christianus esse vel erubuit ante, vel timuit, postmodum quærat; ne ad Ecclesiam qui de Ecclesia recesserat, redeat. Datur opera, ne satisfactionibus & lamentationibus iusti delicta redimantur, ne vulnera lachrymis abluantur. Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur, salutaris sinus matris nouerca intercedente præcluditur, ne de peccatore atque ore lapsorum fletus, & gemitus audiat. Compelluntur adhuc insuper lapsi, vt linguis, atque ore, quo <sup>76</sup> in Capitolio ante deliquerant, sacerdotibus conuicium faciant; confessores, & virgines, & iustos quosque fidei laude præcipuos, atque in Ecclesia gloriosos, contumeliis & maledicis vocibus <sup>77</sup> prosequantur. A quibus quidem non tam nostrorum modestia, & humilitas, & pudor cæditur, quam <sup>78</sup> illorum ipsorum spes & vita laceratur. <sup>79</sup> Neque enim qui audit, sed qui facit conuicium, miser est: nec qui à fratre vapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est. & cum nocentes innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt. Denique hinc illis <sup>80</sup> percussa mens, & hebes animus, & sensus alienus est. Ira est Dei, non intelligere delicta, ne sequatur penitentia, sicut scriptum est: <sup>81</sup> *Et dedit illis Deus spiritum transgressionis;* ne reuertantur scilicet, & curentur, & deprecationibus & satisfactionibus iustis <sup>82</sup> post peccata sanentur. Paulus Apostolus in Epistola sua ponit & dicit: <sup>83</sup> *Dilectum veritatis non habuerunt vt salu-*

Esa. 29.  
Rom. 11.  
Esa. 6.  
2. Thess. 2.

Malac. 2.

Exod. 12.  
Matth. 10.  
Esa. 37.

fides

CYPRIANI  
EPIPHANI  
OPERA.



Rom. 1.

Matth. 5.

ides Apostolo prædicante, laudata est) ad quos perfidia habere non possit accessum. Quæ autem causa veniendi & pseudoepiscoporum contra Episcopos factum nunciandi; aut enim placet illis quod fecerunt, & in suo scelere perseverant: aut si displicet & recedunt, sciunt quod reuertantur.<sup>22</sup> Nam cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter ac iustum, ut unusquisque causa illic iudicatur, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus; oportet utique eos quibus præsumus non circumcurfare, nec Episcoporum concordiam coherentem sua subdola & fallaciter meritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis possunt; nisi si paucis desperatis & perditis minor videtur esse auctoritas Episcoporum in Africa constitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis vincitam iudicij sui nuper gravitate damnarunt. Iam causa eorum cognita est: iam de eis dicta sententia est, nec censuræ congruit sacerdotum mobilis atque inconstantis animi levitate reprehendi.<sup>23</sup> cum Dominus doceat & dicat: *Sit sermo vester, est est, non non.* Si eorum qui de illis priore anno iudicauerunt, numerus cum Presbyteris & Diaconis computetur, plures tunc assauerunt iudicio & cognitioni, quam sunt iidem isti, qui cum Fortunato nunc videntur esse coniuncti. Scire enim debes frater charissime, eum posteaquam pseudoepiscopus ab hæreticis factus est, iam pene ab omnibus esse desertum. Namque ij, quibus in præteritum<sup>24</sup> præstigia obredebantur & dabantur verba fallacia, quod simul ad Ecclesiā regressi dicerentur; posteaquam viderunt illic pseudoepiscopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie atque ad Ecclesiā pullant: nobis tamen, à quibus ratio Domino reddenda est, anxie ponderantibus, & sollicitè examinantibus, qui recipi & admitti ad Ecclesiā debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obstitunt, aut fratres obstinate & firmiter renitentur, ut recipi omnino non possint, cum scandalo, & periculo plurimorum.<sup>25</sup> Neque enim sic putamina quedam colligenda sunt, ut quæ integra & sana sunt, vulnerentur; nec vilis aut consultus est pastor, qui ita morbidas & contagias oves gregi admiscet, ut gregem totum mali coherentis<sup>26</sup> afflictatione contamineat.<sup>27</sup> O si posses, frater charissime, illic interire nobiscum, cum prauis istis & peruersis de schismate reuertuntur; videres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore sopito, recipiendis malis curandisque consentiant. Namque ut gaudent & lætantur, cum tolerabiles & minus culpabiles redeunt: ita contra fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles, & proterui, & vel adulterii, vel sacrificij contaminati, & post hæc adhuc insuper & superbi, sic ad Ecclesiā remeant, ut bona in tua ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, immo extorqueo, ut tales patiantur admitti: & iustior factus est fraternitatis dolor, ex eo quod vnus atque alius obniten- te plebe, & contradicente, mea tamen facilitate suscepti, peiores extiterunt, quam prius fuerant, nec fidem penitentiae seruare potuerunt, quia nec cum vera penitentia venerant. De istis vero quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo nauigauerunt, legati à Fortunato pseudoepiscopo missi, tam falsas ad te litteras afferentes, quam est & ipse, cuius litteras ferunt, falsus; quam est eius peccatorum multiplex conscientia, quam execrabilis vita, quam turpis, ut et si in Ecclesiā essent, etici tales de Ecclesiā debuissent? Denique quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad Ecclesiæ limen accedere; sed foris per prouinciā circumueniendis fratribus, & spoliandis pererrant: & omnibus iā satis noti, atque vndique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos nauigant. Neque enim potest illis frons esse ad nos accedendi, aut apud nos consistendi; cum sint acerbissima & grauissima crimina, quæ eis à fratribus ingerantur. Si iudicium nostrum voluerint experiri, veniāt. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem

asserant penitentiae fructum:<sup>28</sup> nec Ecclesiā istic cuiquā clauditur, nec Episcopus alicui denegatur; patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus præsto est. Opto omnes in Ecclesiā regredi, opto vniuersos commilitones nostros intra Christi castra & Dei patris domicilia concludi: remitto omnia, multa dissimulo, studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno iudicio religionis ex animo, delictis plusquam oportet remittendis penitus delinquo: amplector prompta & plena dilectione cum penitentia reuertētes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitētes. Si qui autem sunt, qui putant se ad Ecclesiā non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum se sibi non lamentationibus, & satisfactionibus, sed terroribus facere; pro certo habeant, contra tales<sup>29</sup> clausam stare Ecclesiā Domini, nec castra Christi innicta & fortia, & Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei Euangelium tenens, & Christi præcepta custodiens occidi potest, non potest vinci. Suggestit & subministrat nobis exempla virtutis ac fidei Zacharias antistes Dei, qui cum terri minis & lapidatione non posset, in templo Dei occisus est; clamans & identidem dicens, quod nos quoque contra hæreticos clamamus & delictum hæc dicit Dominus: *Dereliquisti vias Domini, & Dominus derelinquet vos.* Neque enim, quia pauci temerarij & improbi, celestes & saluantes vias Domini derelinquunt, & sancta non agentes à sancto Spiritu deseruntur, ideo & nos diuinæ traditionis immemores esse debemus, ut maiora esse furentium scelera, quam sacerdotum iudicia censuimus; aut existimemus plus ad impugnandū posse humana conamina, quam quod ad protegendum præualeat diuina tutela. An ad hoc frater charissime, deponenda est Catholica Ecclesiæ dignitas, & plebis intus posita fidelis atque incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque auctoritas ac potestas, ut iudicare velle se dicant de Ecclesiæ præposito extra Ecclesiā constituti? de Christiano hæretici? de sano sancti? de integro vulnerati? de stante lapsi? de iudice rei de sacerdotis sacilegi? Quid superest, quam ut Ecclesiā Capitolio cedat, & recedentibus sacerdotibus<sup>30</sup> ac Domini altare remouentibus, in Cleri nostri sacri venerandum quoque consilium, simulacra atque idola cum aris suis transeant, & Nouatiano declamandi aduersum nos, atque increpandi largior & plenior materia præstetur.<sup>31</sup> Si ij qui sacrificauerunt, & Christum publice negauerunt, non tantum rogari, & sine acta penitentia admitti, sed adhuc insuper ceperint terroris sui potestate dominari? Si pacem postulant, arma deponant: si satisfaciū quid minantur? aut si comminantur, sciant quia à Dei sacerdotibus non timentur: neque enim & Antichristus cum venire ceperit, introibit Ecclesiā, quia minatur; aut armis eius & violentiæ ceditur, quia resistentes periturum se esse proficitur. Armant nos hæretici, dum nos putant sua comminatione terreri,<sup>32</sup> nec in \* pace nos deliciunt, sed magis erigunt, & accendunt, dum ipsam pacem persecutione peiorem fratribus faciunt. Et optamus quidam, ne quod loquuntur furore, impleant crimine, ne qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus ac deprecamur Deum, quæ pronocate illi & exacerbare non desinunt, ut eorum corda mitescant, ut furore deposito, ad sanitatem mentis redeant,<sup>33</sup> ut peccata opera delictorum tenebris penitentiae lumen agnoscant, & magis petant fundi pro se preces atque orationes antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanerint, atque in istis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseuerauerint, nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic licens & abiectus, sic imbecillitate humane mediocritatis inualidus; qui non contra hostes & impugnatores Dei diuinitus erigatur, cuius non humilitas & io hermitas vigore & robore Domini protegentis animetur. Nostri nihil interest, aut à quo, aut quādo perimamur, mortis & sanguinis præmium de Domino recepturi.<sup>34</sup> Illorum flenda & lamentanda concisio est, quos sic diabolus excacat ut æterna gehennæ supplicia non cogitantes, Antichristi iam propinquantis aduentum conentur imitari. Et quam

Matth. 13.

2. Pet. 14.

\* facit.

quam



quam sciam, frater charissime, pro mutua dilectione qua debemus, & exhibemus invicem nobis, <sup>105</sup> florentissimum illic Clero tecum presidenti & sanctissimo atque amplissima plebe legere te semper literas nostras; tamen nunc & admono & peto, ut quod alias sponte atque honorifice facis, etiam petente me facias, ut hac epistola mea lecta, <sup>106</sup> siquid illic contagium venenati sermonis & pestiferæ seminationis irreperat, id omne de fratum auribus & peccatoribus exuatur, & bonorum integra ac sincera dilectio ab omnibus hæreticæ detractionis sordibus repurgetur. <sup>107</sup> Declinent autem de cætero fortiter, & euitent dissidii fratres nostri verba & colloquia eorum, quorum sermo ut cancer serpit: sicut Apostolus dicit. *Corumpunt ingenia bona consabulationes pessime.* Et iterum: <sup>108</sup> Hæreticum hominem post vnam correptionem emittas, sciens quia <sup>109</sup> peruersus est huiusmodi, & peccat, & est a semetipso damnatus. Et per Salomonem loquitur Spiritus sanctus. *Peruersus, inquit, in ore suo portat perditionem, & in labiis suis ignem condit.* item denuo monet dicens: *Sapi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam.* Et iterum: *Malus obaudit linguam iniquorum, iustus autem non intendit labiis mendacibus.* <sup>110</sup> Quod, quamquam sciam illic fraternitatem nostram, vestra scilicet providentia monitam, sed & sua vigilantia satis cautam, nec capi hæreticorum venenis posse, nec decipi, tantumque apud illos prævalere magisteria & præcepta diuina, quantus illis in Deum timor est; tamen ex abundanti vel sollicitudo nostra, vel charitas scribere ad vos ista persuasit, ut nulla cum talibus commercia copulenter, nulla cum malis conuitia vel colloquia miscantur, simulque ab eis tam separati, quam sunt illi de Ecclesia profugi, quia scriptum est: *Si autem & Ecclesiam contempserit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus:* & beatus Apostolus non monet tantum, sed & iubet a talibus ut recedatur. *Præcipimus, inquit, vobis in nomine Domini Iesu Christi, ut recedatis ab omnibus fratribus, ambulantes in dilectione, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.* Nulla societas fidei & perfidie potest esse: cui cum Christo non est, qui aduersarius Christi est, qui unitati & paci eius inimicus est, nobiscum non potest coherere. Si cum precibus & satisfactionibus veniunt, audiantur: Si maledicta & minas ingerunt, respiciantur. Opto te, frater charissime, semper bene valere.

## ADNOTATIONES IN EPISTOLA MLV.

<sup>1</sup> Legi litteras tuas, frater charissime, quas per Saturnum fratrem nostrum Acolutum <sup>1</sup> Sauri in lectorem ordinati sit supra mentio Epistola xxxiiij. quare non placet hoc loco Manut. lectio: Saturnum Acolutum vero postea ordinatum: hinc perspicuum fit, atque adeo prius etiam Exorcistam. Nam proximum Hypodionatui gradum fuisse Acolythi, patet ex Synodo Rom. Sylvestri can. 7. Vbi Episcopo obsequi iubetur Presbyter, Diaconus Presbytero, Diacono Hypodionon, huic vero Acolythi, Acolytho Exorcista, cui Lector. Quale quid habet & Nicolaus 1. ad Michaelen Imperat. Et utroque vetustior Cornelius Epistola sape citata ad Fabium Antioch. Neciebat (inquit de Nouatiano loquens) in Ecclesia unum Episcopum esse debere, ubi videret esse Presbyteros 46. Diaconos 7. Subdiaconos 7. Acolutos 42. Exorcistas cum Lectoribus & Ostiariis 52. Similia etiam Cæsar Papa eius nominis primus, ubi gradus enumerat, quibus ad Episcopatum ascendunt. Psalmista siue Cantoris meminerunt Ignatius ad Antioch. & can. Apostol. 42. Omnium autem horum quod describuntur a Synodo 4. Carthag. can. D. Augustinus. intersuit. Hac paulo prolixius, propter eos qui 7. dictos ordines Ecclesiasticos, tanquam recentes calumniantur. Porro rectissime inscribatur Acolythi an Acolutus, nescio. Certe Ms. cod. omnes & dicti veteres, Syn. quoque Carthag. Græcum exemplar, priori modo legunt, idque *ἀπὸ τῶν κολοίων* quod est prohibere, ut dicatur non prohibitus, sed solutus & liber, & cui iam initiatio sacris se miscere liceat, utpote qui Hypodionon vel colum vacuum admittit ad vinum suppeditandum. Alij qui Acolutum legunt, interpretantur *ἀπὸ τῶν ἀκλυσθίων* id est a sequendo, ut sit quasi pedisequus & minister superiorum ordinum.

<sup>2</sup> Felicissimum Inepitissimum adnotatunculam Remboldi miror Erasmus, quoniam ex illo ad verbum pleneque marginales adnotationes descriptis suis exemplaribus ad excussit, hanc nempe: Nouatianum intellige: fuisse enim hunc non Nouatianum sed Nouatij satellitem, supra satis patet Epistola xlvij. & infra hac ipsa Epistola.

<sup>3</sup> cœpiscoporum sententia condemnatum] Habes hanc Felicissimæ excommunicationem supra Epistola xxxix.

<sup>4</sup> relictum a te illic esse] Sic Ms. 4. Cambr. Afflig. Dun. & March. & præerea nihil hic adiungit, quare recte sunt omnia a Manut. verba illa: & a te illic esse ab Ecclesia prohibitum, præsertim quum paulo post sequatur: de Ecclesia pulsam esse.

<sup>5</sup> quo Episcopus agere oportet] Sic Manut. quantum colligo coniectura sumpta ex Ms. quibusdam cod. Nam Afflig. Dun. & March. legunt: Episcopo, ceteri tamen omnes: Episcopum.

<sup>6</sup> & dissidij auctor] Sic supra Cornelius Epistola 46. Euaristum, & 48. Confessores schismatis auctores dicit. Accipiunt autem auctorem his locis, non pro eo qui primus schisma fecit, is enim fuit Novatus, sed aut pro propugnatore, ut hoc loco & Epistola 46. aut pro approbatore, ut Epistola 48. Nam utramque significationem habet Luitius: Leges inuenit inquit, Volero, Lectoris collega eius auctor, & alibi. Multique erant, qui melius consulti dicerent, quod legum ab eis lazarum Patres auctores fuisse. Porro vanam esse ac fuitilem illam differentiationem inter Auctorem & Auctorem Ms. cod. & veteres inscriptiones tum numismatum tum marmorum satis arguunt.

<sup>7</sup> Sed enim lecta alia tua epistola] Neque hæc Epistola neque alia cuius initio & hic rursus meminit, exstat. Quales autem litteras Felicissimus cum suis secum attulerit, habet infra eadem hæc Epistola.

<sup>8</sup> Ecclesiæ gubernandæ sublimi ac diuina potestate] Insigni elogio Episcopatus vigorem describit tum hic tum infra, ubi scripturæ aliquid idipsum confirmat, quorum illa maxime ad institutum pertinet: Qui vos audit, me audit, & eum qui me misit, & qui reicit vos, me reicit, qui me reicit, reicit eum qui me misit. Eodem pertinent scripturæ: Sicut misit me pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, Ioannis 20. Quod si non audierit te, dic Ecclesiæ, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in celo, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in celo. Matth. 16. Et attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Act. 20. Item illud, ad Hebræos: Obedite præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim peragunt qualificationem pro animabus vestris redditori. Quibus scripturæ locis tam discretis verbis diuina Apostolorum & successorum Episcoporum potestas Ecclesiæ gubernandæ comprobatur, ut pluribus opus non sit, quare a ceteris similibus supercedo.

<sup>9</sup> & Ludei minantur & hæretici] Minis & maledicentia hæreticorum omnium veterum, tam suis reſerta historia Ecclesiastica, Eusebii, Rufini, Socratis, Sozomeni, Theodoret, Victoris, & Nicephori, ut nemo iure admirari debeat, qui hodie quoque illa in vultu illis esse viderit.

<sup>10</sup> diabolus obſedit] Sic Manut. & Cambr. cod. ceteri: obſidet, utramvis eligat licet.

<sup>11</sup> in euangelio etiam legamus] Recte sic idem Cambr. cod. & Manut. pro eo quod erat: legimus.

<sup>12</sup> Neque enim nobis] Particula: enim, reperitur in Ms. Afflig. & March. quare recte adiecta est a Manutio.

<sup>13</sup> verbis particidalibus] Rectius sic Manutius cum veteribus Ms. & excussis, quam Morelius & alij quidam: particidalibus, quod semel adnotasse sufficiat.

<sup>14</sup> necare permittit] Etiam hic adiectus est ex Ms. codicibus: necare.

<sup>15</sup> cum occurrat & moneat] Virumque habet Cambr. cod. & Manut. ceteri tantum: moneat, aut: occurrat.

<sup>16</sup> non perficiet] Recte primus hoc patto hunc locum restituit H. Grauius, pro eo quod erat: proficiet nam consentiunt Ms. Afflig. Blaud. Dun. & March. Grace quoque apud 70. legitur, *μὴ πέρηται* & D. Hierony. legit in iuxta eodem, non adducit ad finem. Locus est non Isa. 5. sed Abac 2. tanquam infernus] Sic Cambr. cod. & D. Hierony in vtriusque versione, ceteri: inferus, non satis Latine, quod monet Manut. ut reponeret: inferi, sed nostra lectio germana est, utpote quam reperire fit etiam infra Epistola ad Stephanum de Martino Arelat.

<sup>17</sup> in stercore erit & in vermes] Sic Ms. & excussis plerique, solus Cæbr. ut stercorea & vt vermis, prior lectio reperitur etiam in Græcis exemplaribus, quare magis placet. Est autem locus ex lib. Mach. 1. cap. 3. de cuius libri auctoritate Latius infra in libris Testim. ad Quirinum.

<sup>18</sup> hodie extollitur] Sic etiam rectius H. Grauius, Manut. & Morelius, quam ceteri: extollitur, nam Grace est *ἀπαρδύσεται*.

<sup>19</sup> perit] Etiam hoc recte reposuit Grauius, pro eo quod erat: peribit, nam & Grace legitur *ἀπάλετο*, & in Bibliis Latinis legitur: perit.

<sup>20</sup> emittit bona] Sic Cambr. codex & Manut. & recte, nam Grace est *τὰ ἀγαθὰ*, ceteri: bonum.

<sup>21</sup> reus erit in gehenna ignis] Sic Manut. & Ms. Dun. & March. quomodo etiam erat in Afflig. cod. sed postea est oblitterata particula: in, Cambr. vero & excussis ceteri: gehennæ ignis, Grace est, *εἰς γένηαν τῆ πυρὸς*. Quod ad verbum quidem sonat: in gehennam, sed rectius vertitur: ad gehennam, Græcorum tamen commentarij in Latinum versis, habent, aut: gehennæ, aut: gehenna ignis.

<sup>22</sup> & eum qui me misit] Sic Ms. & excussis. Videtur igitur codex Cypriani plus habuisse, quam hodierna exemplaria aut Græca aut Latina, in quibus verba hæc non reperiuntur. Porro recte vertit iterum: reicit, pro eo quod Grace est *ἀδύτω* sicut & Hiero. alicubi: reprobat.

<sup>23</sup> Si in filiis in sacerdotē Dei] Hæc verba esse huius loci lectionē, non illa: si in filiis, manifestum fit ex Epistola infra ad Rogatianū Episcopū, & ad Floritium Pupianum, ubi omnes etiam excussis sic legunt, sicut etiam hoc loco Ms. omnes.

<sup>24</sup> cogitans Paulus: Nesciebam (inquit) Sic Ms. Afflig. Dun. March. & Cauchy. solus Cambr. pro: Paulus, habet: expaui. Prior igitur lectio verior est, præsertim quoniam reperitur in excussis veteribus.

<sup>25</sup> Principē populi tui nō maledices] Hæc lectionē ex dictis Epistola etiam hic transiit, nā ubi, tū hic tibi. Ms. & excussis veteres legunt hoc pa. 10, excepto solo Cæbr. qui habet lectionē vulgatā: Principi plebis tuæ, Accedit quod & Grace sit: *ἀρχοντα τῶ λαοῦ σου ἐκείνης καλῶς*, quod interpretes nostri vetus vertit priori modo in Act. Apost.



27. Neque enim aliunde obortæ sunt hæreses, &c. Similes locos habes infra dictis Epistolis ad Rogatianum Episcopum & Florent. Pupianum, libris item de unitate Ecclesiæ, ac de zelo & iure. Esti autem alius illis locis de se & Episcopis omnibus loqui videtur, quod nempe omnes hæreses initium suum habuerint ex contemptu Episcoporum, id est ex ipso schismate, certe tum hoc loco, tum præsertim initio libri de unitate Ecclesiæ, de Romano Episcopo solo loquitur. Quæ vel unicus locus, ut ibi latius ita confirmat Episcopum seu Pontificem Romani primatum, & non possit magis. Circumstantia textus hoc loco qua arguit de Romano loqui & summo Pontifice, sunt imprimis testimonia præmissa ex Deuter. li. I. Reg. Evang. Ioannis & Act. Apostolorum, quæ non nisi in summo Pontifice Iudeorum quadam nemini dubium est, atque adeo aptius ad summum Pontificem Romanum referuntur. Deinde quod loquatur de iudice, qui vice Christi fungitur. Item quod loquatur de uno sacerdote, seu uno Episcopo in Ecclesiâ, quam appellationem tum ex Epistola Cornelij supra xlvij. tum ex aliis eius Epistolis & lib. de unitate Ecclesiæ Cyprianum satis constat non solere usurpare, nisi de summo Pontifice. Facit pro eodem quod dicit: nemo aduersum sacerdotum collegium aliquid moueret, nam si de solo loqueretur, non statim qui illi non obtemperaret, aliquid moueret aduersus reliquos Episcopos. Eodem spectare videtur, quod pag. sequenti de Seno. Præpositi loquutus, mox D. Petri, super quem Christus edificauit Ecclesiâ, mentionem inicit, eodem pertinet quod D. Hieronymus contra Luciferianos, salutem Ecclesiæ pendere dicit a summi sacerdotis dignitate. Cui si inquit non exors quidam & ab omnibus eminens detur potestas tot in Ecclesiâ sicut schismata, quot sacerdotes. Experientia certe ipsa nos docet, hæreses solere ex schismate, id est separatione voluntaria ab Ecclesiâ, atque adeo ab Ecclesiæ capite (Romano inquam Pontifice) initium sumere. Exemplum huius rei apud Cyprianum habes de Nonatiano, apud Augusti de Donatistis. Vnde ad hoc Epistola 154. D. Augusti. Neque enim vobis obijciamus, nisi schismatis crimen, quem etiam hæresim male persequendo fecistis, & ad Cresc. Grammat. lib. 21. cap. 7. Inter schisma inquit hæresim eam distinctionem magis adprobo, qua dicitur schisma esse recessus congregationis ex aliqua sententiarum diuersitate dissensionis; hæresis autem schisma inueteratum: A quo non dissentit D. Hieron. exponens illud ad Tit. 3. qui est à semetipso damnatus: Hæretici inquit in semetipso sententiam ferunt, suo arbitrio de Ecclesiâ recedentes, qua recessio propria conscientia videtur esse damnatio. Et paulo post: Nullum schisma non sibi aliquam confingit hæresim, ut recte ab Ecclesiâ recessisse videatur. Plura reperiet exempla, qui exacte singularem hæresim initia & prima semina persequerentur.

28. quam inde Sic typis vulgari omnes. Ms. vero Afflig. Dum. & March. excusit quoque veteres: nisi inde. Accedit ad priorem lect. proprius Cambri. qui habet: quam dum.

29. id quæ extra Ecclesiâ sunt Sic Ms. & vetus excusit, Remboldus vero cum Erasmo omnibus omisit: sed.

30. Sibi metipsum regem constituerunt Sic Ms. ubiqueque locis hic à Cypriano citatur, & vetus excusit. Hieron. tamen in comment. in Osee, videtur legisse Ipsi sibi regem constituerunt.

31. Ceterum (dico enim prout oportet) Sic Manutius sequitur Ms. cod. nam March. Dum. & Afflig. omittunt particulam: dico ante parenthesis: quam tamen habent Cambri. & ceteri excusit omnes. Porro de legitima electione Episcopi latius infra Epistola ad Clerum & plebem Hispaniarum.

32. Plebi sue in Episcopatu quadriennio iam probatus Quis sequentia penitus perpendit, non dubito quin mihi assentietur, hæc de se humilitatis gratia in certa persona dicere Cyprianum præsertim ex eo quod dicit: in tempestate proscriptus, applicit & adiuncto Episcopatus nomine. Nam infra dicta Epistola ad Flor. Pup. formam proscriptiōis talem his verbis explicat. Persecutio me proscriptiōis onere depreffit, cum publice legere: Si quis tenet vel possidet de bonis Cæcili Cypriani Episcopi Christianorum proscriptus. Ipsi sibi conuincit quod dicit: His ipsis d. obus, quibus has ad te litteras feci, ob sacrificia qua de edicto proposito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad Leonem denuo postulatus in circo Quomodo enim scire posset Cyprianus, quid Roma actū sit (si de Cornelio hæc intelligamus) illo ipso tempore, quo hanc scribebat Epistolam? Neque vero est, quod quem moueat mentio sic facta tum Circi, tum Amphitheatri, nam ex Epistola ad Donatum, supra satis constat, fuisse non Roma donatistam, sed & Carthaginæ tum Circum, tum Amphitheatrum: quod ex libris quoque de spectaculis tum Tertull. tum Cypriani perspicuum sit. Porro ex hac periodo colligi videtur, Cyprianum aliquandiu Episcopatu functum ante proscriptiōem, utpote cum in quiete dicat se fuisse disciplinam, antea quoque in pace delectum, & in persecutione protectum. Verum de his omnibus latius in vita auctoris. Colligere etiam mihi hinc videtur, scriptam hanc Epistolam iam instante secunda persecutione, ea nempe qua Cornelius in carcerem coniectus est.

33. a quibusdam desperatis & perditis & extra Ecclesiâ constitutis impugnari Est hæc communis lectio Ms. & excusorum codicum. Cambri. vero longe alia, nempe ista: a fratribus quos Dominus desperatos & perditos & extra Ecclesiâ constitutos nō protegit impugnari] neutra displicet.

34. si quidam in extremis temporibus, &c. Alludit ad illud 2. ad Timoth. 3. In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa, & erit homines elati, superbi, blasphemæ, parentibus non obediētes. Postremum videtur intelligere cum dicit: contumaces sacerdotum hostes, utpote qui sine parentis spiritalis. Esti autem insignis locus ad consolationem fidei delin. aduersus hæresim multiplicationem.

35. Petrus tamen super quem edificata est ab ipso Domino Ecclesiâ] isdem pene verbis videtur infra spediata Epistola ad Flor. Pup. item ad Iulianum & ad Quintum, & rursum libris de Hab. Virginum, de unitate Ecclesiæ, ac de bono pudicitia, haud dubie explicans locum illi Math. 16. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædi-

ficabo Ecclesiā meam, &c. Neque vera noua est hæc huius loci expositio, sed quam habet etiam ipso antiquior Tertullian. lib. de præscript. hæreticorum. & de pudicitia, ac Origenes in sexto cap. ad Roma. & homil. 3. in Exodum, & alij quoque veteres plerique. Hilarius nempe super Math. Ambrosi. serm. 47. Hieronym. lib. 1. contra Iovinianum, contra Pelagian. lib. 3. super Math. Epistola ad Marcellam, & in Ista. 2. & 16. cap. Chrysost. homil. 55. in Math. Cyrill. lib. 2. in Ioan. ca. 12. Epiph. in libro Anacrat. & Leo Papa 1. epistola 67. Quæ loca prolixius citauimus, ob Erasmi in Epistolam ad Flor. Pup. adnotationem: dum dicit: Non semel Cyprianus facit Ecclesiā fundamentum Petrum, nisi forte nomine Petri senserit populum, hoc profitemem, quod Petrus fuerat. Tanquam absurdum sit, Petrum Ecclesiā esse fundamentum, quam ipsum populum, siue Christiani omnes ut loquitur Ador. in Matt. Quam expositionem si admittamus, erit igitur cuius quoque Christiano potestas soluendi & ligandi peccata: Quod quam sit absurdum, nouerunt Catholici omnes. Hoc igitur potius est detorque scripturam, quam si ad Petrum cum veteribus tot Græci & Latini referatur, atque adeo Origene ipso, quem tamen præ sua sententia citat Erasmus: Nihil enim obstat, cur Petrus per se sine fundamentum Ecclesiæ dici possit. Nam etiam si petra est inquit Basilius lib. de Penit. nō est Christus petra est, sed ut petrus petra est, Christus enim remera petra est immobilis & inconcussa. Petrus vero propter hanc petram. Largitur enim Deus sui dignitatem non euacuat se, sed habens dat. Lux est. Vos estis inquit luc mundi. Sacerdos est, sacerdotem facit. Petra est, petram facit. Similis Ambrosi. in ca. 9. Luca, & Paulinus Epistola 4. ad Securum. Neque vero est quod sibi blandiatur ille, de D. Augusti. sententia. Quamquam enim ille & tract. vlt. in Ioannem, & sermo. 13. de verb. Domini, Petram Christum interpretatur, facit tamen ipse lib. Retract. 1. ca. 21. se etiam de Petro locum illum explicasse lib. contra Epistolam Donati & tandem subiungit: harum autem duarum sententiarum que sit probabilior, elegit lector. Ceterum probabilior esse constat, quam tot veteres sequuntur.

36. Domine ad quem ibimus? Verba vite æternæ habes] Ita Cambri. cod. excusit hæc omnes excepto Manutio, qui sequitur Ms. cod. legit: ad quem imus: Verbum vite æternæ habes, nam sic Afflig. Dum. & Machi. Verum malui veterem lectionem retinere, quod Græce sic sit apud Ioannem 6. *ὅς τις τὸ ζωὴν αἰώνιον ἔχει*, & sic legant etiam commentarii omnes, tum Græco tum Latini.

37. & nos credimus] Etiam hic malimus vulgatam lectionem retinere, quam reponere, cum Manutio: credidimus, eo quod priorem sequantur Ms. omnes, & veterum tum Græcorum tum Latinorum commentarii.

38. nunquam ab eo omnino discedere] illud omnino, adiectum est recens à Manut. & Morelio, reperitur etiam in Ms. 5. Locus de constantia Ecclesiæ in fide, de qua paulo post latius, ubi eandem Romanam ascribit Ecclesiā.

39. manifestum utique nobiscum] Particulam utique, omiserat Manut. Quia tamen eam legunt Ms. & excusit omnes excepto solo Cambri, malui denuo inserere in contextum, præsertim cum in omnibus Græcis exemplaribus legatur addita particula *ὅτι* 1. & Ioan. 2. & alibi frequenter sic citetur.

40. fidem minui] Sic Ms. & excusit omnes, solus Cambri. fidem minus tener, non male.

41. fidem Dei enacuauit] Et si Græca exemplaria & commentaria in Epistolam ad Rom. hodie legant: *καταργήσας* in futuro & quadam Latina exemplaria: euacuabit, quomodo legit Manut. malui tamen sequi Ms. codicum fidem, qui constanter priori legunt modo, & hic & infra sepius quemadmodum & Augustinus & Latinorum veterum plerique. Videtur nosse interpretes legisse *καταργήσας*.

42. est enim Deus verax] Ita constanter Ms. & excusit omnes, quod a notandum venit ob lectionem nostri interpretis: quum contra legant Græci omnes *πρὸς* pro quo & D. Hieron. in Epistolam ad Titum. Fiat, veritatem legunt tamen priori modo etiam commentarii in scripti D. D. Ambrosi. & Hieron. in omnes Pauli Epistolam, & Beda in comment. ex Augustino de sumptis.

43. quod ad nos attinet] Locum hunc citans Gratianus dist. 47. quod ad nos. perperam Cornelio ad Cyprianum attribuit quare legendum potius apud Iulium: Cyprianus Cornelio.

44. Si vero id entimur & elaboramus] Sic March. Dum. Afflig. & Cauchij, antea erat: illud nitimur & laboramus.

45. Quod autem tibi de Fortunato isto pseudopiscopo] Fuit Fortunatus iste vixit quingue illorum Presbyterorum, ut ex sequenti versu constat, electus ab eis in pseudopiscopum, idque quantum colligere est in locis Cypriani.

46. qui super hæc re priori anno ad te litteras fecerunt] Facit eandem litterarum mentionem supra Epistola xlvj. Constat autem hinc, secundo Cornelij anno scriptam hanc Epistolam, atque adeo etiam 1000 anno Cornelium Romæ reledisse ante exsilium, verum de his latius in vita Cypriani.

47. item Felicissimum signiferum (seditionis) Latine huius supra facta est mentio. Vocatur autem tum vexillifer Priuati, tum satelles Nouari. E quibus appellationibus colligitur, fuisse eandem tum quingue Presbyterorum tum Nouari factionem, aut saltem quum principio diuersa essent, postea sibi inuicem conuictis. Porro repetit quod prius dixit, Felicissimum abgentum fuisse etiam à Cornelio.

48. hæc et memoræ] Error Remboldi denique hic error fuit causa in excusis vulgatis. Nam, habere, Erasmus mendum subodoratus, maluit legere: haberem, sed nec hoc satis iacebat.

49. Nam & pars Nouariani Maximum presbyterum] Hic Maximum ubi constat ex Epistolis supra xlvj. & xlvij. missus fuerat legatus

ad Cy-



ad Cyprianum à parte Novatiani, atque adeo alius est à Confessore Romano: factus fuit vero & ipse Pseudoepiscopus, antea unus illorum quinque Presbyterorum, ut mox dicitur.

50. miserem tibi proxime nomina Episcoporum] Epistola Cypriani, qua transiit nomina Episcoporum, hodie desideratur, nisi forte intelligat Epistolam precedentem Synodi Africanae, quam colligo antea scriptam, ex eo quod paulo prius, hanc scriptam anno secundo Cornelii, satis indicavit.

51. accipere oportere] Et hic error codicis Remboldi mansit in excusis omnibus etiam Manus. nam vetus excusus & Ms. omnes hoc pacto pro quo reposuerat: oportet.

52. & Cletici, per Felicianum Acoluthum] Haec interposita erant hoc loco verba: sed & qua quidem habent etiam Ms. cod. March. Afflig. & Dun. verum omittuntur à Cambrensi codice, à Manus. & Morelio. Si priori legatur modo, duarum Epistoliarum, si posteriori, unus duntaxat fit mentio, etiam desiderata hactenus. Et certe huius fuit illud, quod dicitur: presentium Felicianum à Felisimo; si enim per alium prius scripsisset, non est verisimile quod virique praevenisset Felisimus. Videtur autem Felicianus fuisse Romanus Acoluthus, utpote quem dicit ad se à Cornelio missum.

53. cum Petio collega nostro] Sic haec excusi omnes, Ms. vero & Cauchij: Petio, Camb. Petia, aut (sicut legendum est) Petia. Fuisse videtur Episcopus quidam Italiae.

54. Ita enim semper] Desiderabatur in excusis: semper, adiectum ex Ms. codicibus.

55. Priatum veterem haereticum in Lambesitana colonia] Veram hanc esse huius loci lectionem patet, tum ex excusis veteribus, tum ex Epistola xxxi. supra, ubi Priatus Lambesitanus fit mentio in editionibus tam Manus. quam Morelii; tum praeferim ex Synodo Carthaginensi, in qua dicitur inter ceteros Episcopos Ianuarius à Lambese, nec obliuiscitio dicit inter ceteros Episcopos Ianuarius à Lambese, nec obliuiscitio Ms. cod. March. Dun. Afflig. & Cauchij: Labentana, quod idem in Synodo Carthag. legatur Lambese, quare puto etiam hic ita legesse. Primus Erasmus: Pambesitana, ad quod alludit Camb. legens Bantbesitana, sed neutrum placet, facilis fuit error ob vicinitatem litterarum L. B. P. Porro adnotatu digna Synodus Lambesitana nonaginta Episcoporum, qui Priatum condemnarunt.

56. Antecessorum etiam nostrorum, & Fabiani & Donati] Quam dicat nostrorum, satis colligitur eum loqui de Fabiano Cornelij, & Donato suo antecessore. De quibus latius in vita Cypriani. Recte autem vocat Priatum veterem haereticum, ut qui iam dudum haereses damnatus esset.

57. in concilio quod habuimus Idibus Maiis] Ex eo quod prius dicit, anno priore ad Cornelium datas litteras à Synodo quadam Episcoporum: consequitur hanc Synodum non primam fuisse, sed celebratam anno secundo à reditu Cypriani. Atque adeo confirmatur, quod prius dixi, Epistolam Synodi Africanae precedentem, ante hanc esse scriptam. Nam existimo esse illam cuius hic meminit, celebratam Idibus Maiis anno Cornelij secundo, de prima enim Synodo mox loquitur. Constat autem tum hinc, tum Epistola supra xxxix. celebrari solere concilia Episcoporum in Africa post Pascha, quale quod ordinatum fuit Can. Apost. 37. qui hic in anno vult convocari Synodes:emel quatuor à Pentecostes hebdomada, & iterum 12. Hyperborei: id est, Octobris. Pentecoste vero veteribus vocabatur tempus illud quod est inter Pascha & Pentecostes, quod patet ex Can. 2. Synod. Antioch. quem citat Zonara in Comment. qui concilia celebrandi quatuor hebdomadam post Pascha definit, & tempus autumni.

58. Venerat cum illo & Felix quidam] Recitat nomina quinque illorum presbyterorum, quorum toties meminit: Erant autem Felix, Louianus, Maximus, Fortunatus, & Repostus, quibus accessit iam antea Felisimus ipsorum signifier, & Priatus antiquus haereticus.

59. cum Priato haeretico] Sic Camb. cod. & Erasmus excusi omnes. Est autem Ms. reliqui & Cauchij, vetus etiam excusus & Remboldus legat: Probatio, prior lectio hinc mihi probatur magis, quod paulo post sequatur: Hi quinque, atque si Probatio addamus, erunt sex.

60. nouem Episcoporum] Vocem: Episcoporum: adiectum recens ex cod. Camb. antea oblique desideratam.

61. Et iterato quoque à pluribus, & ab absentibus] Vides hinc iam tū statim iteratam excommunicationem, habet etiam alibi si bene memini, locum similem.

62. & Repostus] Repostus solus legit Manus. quantum sufficit ex Epistola sumptum supra xxxix. ubi cum Felisimo absens denuntiatur: Repostus quidam, haud dubie idem cum ipso alij Ms. & excusi omnes legunt: Repostus, non male, excepto Camb. codice & Gratio, qui: Praepostus, legunt, sed mendose.

63. Saturnicenis] Sic Ms. 4. nostri & Cauchij, veteres quoque & recentiores excusi plerique, Camb. vero & Erasmus ad marg. Quoturnicenis, pro quo Geryp. Saturnicenis, Manus. vero Sutunzenis. Adnotat etiam repertum in Tom. Concil. tres alias lectiones; Sucronensis, Suburnensis, Iuburnensis, de sumptis (quantum coniecit) ex oppidis Hispaniarum apud Melam Pomponium. Fortassis autem non male legatur: Tuburnensis, nam infra in Synodo Carthag. sententiam dicit Sedatus à Tuburbo. Commemorem tamen lectionem retinere pra alius malui.

64. Sacrificatis] Pro hac vera auctoris lectione, utpote qua denuo paulo post citatur, & quam habent Ms. cod. legat Remboldus: Sacrificantibus, quod remansit hactenus in excusis.

65. iactare] Etiam hic error Remboldi in Erasmus cod. mansit, nam vetus excusus & Ms. omnes legunt, iactare non iactare.

66. cum mendaciorum suorum mercede] Elegans metaphorā, quare minor reposum à solo Morelio: mercede, nisi forte error sit typographicus.

67. vera dementia] Sic Camb. codex & Manus. recte, pro eo quod habent carerere.

68. ab iniustis] Rursus defectus cod. Remboldi remansit in excusis, nam vetus excusus & Ms. omnes legunt: ab.

69. Taceo itaque] Plura de his supra Epistola xxxviii. xl. xlv. & xlvij.

70. atque ora fumarent] Remboldus hic denuo alteri lectioni occasionem dedit, nam cum ille vitio operum legerent: sumerent. Erasmus sensui magis conuenire putavit: maderent; verum germanam nostram lectionem confirmant Ms. omnes & vetus excusus.

71. poenitentia agenda intercedere] De phrasi hac Cypriani vide Epist. xl. ubi idem pene videtur verbum.

72. Nos in ipso persecutionis tempore] Varias hac de re litteras in persecutione scriptas habes supra inter illas quae in secessu scriptae sunt.

73. Concilio frequenter acto] Quam hinc constet plura de lapsis concilia ante hanc Epistolam celebrata, etiam hinc confirmatur, quod Synodus, qua Epistolam precedentem scripsit, hanc praecessit. Pro eo autem quod nos legimus: acto, habent March. Dun. & Afflig. cod. accitio, non male.

74. consumment] Vti in reliquis plerisque non possum non laudare illorum studium, qui sequuntur Orthographiam repertam in inscriptionibus Marmorum veteribus, ita hoc loco non placeat quod quidam: consumment, legunt. Nam quid erit, si ita legatur, differentia inter consumment derivatum à consumere, ab eo quod derivatum voluit à consummare? Certe Ms. omnes duplici in hic legunt: consummetur, sed vulgata lectio placet magis.

75. Christianum esse vel erubuit vel timuit] Prius ad libellaticos: posterius ad sacrificatos referendum.

76. in Capitolio] Capitolium accipit pro omni loco in quo sacrificare cogebantur Christiani, alludens ad Romanum Capitolium.

77. prosequuntur] Coniecturam hanc Coslerij confirmat Camb. codex & Manus. pro eo quod ceteri: prosequuntur, minus recte.

78. illorum ipsorum] Sic Ms. 4. Cauchij, vetus excusus, Remboldus, Manus. & Morelius, necio unde reposuerit Erasmus: lapsum, quod minime huius loco conuenit.

79. Neque enim qui audit] Hoc tractat late Chrysost. hom. in scripta. Quod nemo latuit nisi à seipso.

80. percussa mens] Sic Manus. & vetus excusus pro quo Remboldus: percussa, quod remansit hactenus in excusis.

81. Et dedit illis ipitum transpunctionis] Grace est apud Apostolum Rom. 1. καταπέτης, quod vertit interpret: noster, compunctionis. Ex Hebraeo autem venit Hier. Isaia 29. saporis, ubi vocem eandem habent 70. atque adeo ad locum illum respicisse videtur Apostolus, illud vero: ne reuertantur & curentur, sumptum est ex 6. cap. Esai.

82. post peccata fiantur] Vocem post, repperit est in 4. Ms. & Cauch. quare eam contextui inseruimus, accipitur pro poitica.

83. Dilectum veritatis] Sic vetus excusus & Ms. omnes pro quo Remboldus errore typographico: Delictum, quod cum contextui Apostolico non conueniret, maluit Erasmus reponere: Dilectionem, iuxta quod Grace est ἀγάπη, pro quo vetus interpret: charitatem, verum genuina Cypriani est prior lectio. Nam & Theoph. etsi dilectionem legit, de Christo tamen interpretatur, cui certe expositionis optime conuenit haec lectio.

84. sed sibi placent in iniustitia] Recte vertit quod Grace est εἰς ἐξουσίαν αὐτῶν ἐν τῇ ἀδικίᾳ, quare etiam recte nunc addita est propositio in, ex Ms. cod.

85. An putas, frater, leuia esse aduersus Deum] Sic Ms. 4. nostri, Manus quoque & Morelius, pro eo quod erat: apud Deum.

86. Honor ergo datur Deo] Sic Ms. tres & excusi omnes, Camb. vero: honor ergo non datur Deo: quo modo si legatur, erubuit longum hyperbaton, quod interrogandi nota finitur.

87. pax à Presbyteris] Sic Ms. omnes, excusi vulgati: à non veris Presbyteris.

88. aut foris positi] Vox positi, omissa casu quodam in edit Remboldi, desiderata fuit ante Manus. habent vero etiam Ms. omnes & vetus excusus.

89. nisi foris sibi, &c. constituisent conuenticulum] Hunc locum antea corruptum siue restitui ex cod. Camb. nam omissa erat vox: nisi, sine qua sensus non constabat, ut tamen aliqui sensus appareret, legabatur: constituisse.

90. Ostista, &c. ad Petri Cathedram atque Ecclesiam principalem] Eodem modo infra Epistola ad Antonia. Locum Fabiani locum Petri & Cathedram eius nuncupat. Iudicio igitur Cypriani Rom. Pont. Petri in Cathedra sacerdotali, atque adeo in potestate ecclesiastica, successor est, item Ecclesia Romana principalis est, & uti supra dixi, Epistola xlv. matrix omnium Ecclesiarum, utpote ad quam quomodo ibi ex Irenaeo diximus] referri, & à qua desiniri soleant causae fidei grauiore. Testantur utrumque etiam sanctissimi Pontifices Martyres, Anacletus Epistola 1. & 3. Enaristius Epistola ad Africanos Episcopos, Alexander Epistola ad orthodoxos omnes, Sixtus 1. Eleutherius ad Eccles. Gallicanas. Pius 1. ad omnes Ecclesias. Victor ad Theophilum. Zephyrinus ad Episcopos Siciliae, Lucius Epistola ad Episcopos Gallie. & Hyspan. Sixtus 2. Marcellus 1. ad Episcopos Antioch. prouinc. Eusebius ad omnes Episcopos Camp. & Tusciae, & Melchisedes ad Hysp. Episcopos. Qui fere omnes suam sententiam confirmant dicto illo ad Petrum: Super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam. Ne autem suspecti fortassis à maleuolis habeantur illi, tanquam iudices in causa propria (quantum in Martyres talis suspicio incidere merito non debent) id ipsa loco citato Irenaeus. Tertull. lib. de praescript. haereticorum, etiam Amb. de excessu fratris sui Satyri. c. 7. & c. 47.



Hier. Epistola ad Damas. & li. 1. Apolog. contra Rufinum. Cyrillus loco citato ad D. Thoma contra errores Græcorum. Aug. Epistola 106. & 162. tract. 56. in Ioan. li. 2. contra Pelagium & Celest. contra Donat. lib. 2. c. 11. Concilia item generalia Nicen. can. 18 & 19. citatis à Iulio in Epistola ad Syn. Antiochenam. Concil. Calched. loco à D. Thoma citato. (erat autem ab hereticis) teste Grego. lib. 5. Epist. 14. item act. 12. & 13. Con. Constantinop. in sententia contra Anthymum hereticum. Synod. 6. act. 4. in professione fidei comprobata ab omnibus Conciliis patribus, act. 8. 13. & 14. Synodus 7. act. 2. Synodus etiam 8. Can. 2. Concilia deniq. Lateran. sub Innoc. 3. Florentinum, & Trident. Sed hac hæcenus.

91. Eos esse Romanos, &c. ad quos perfidia habere non possit accessum] Elegans locus in eius rei confirmationem, quod Ecclesia sue Cathedra Romana in fide errare non possit. Adfert autem in confirmationem laudem fidei illorum ex Paulo. Similiter Hieron. Apolo. 3. contra Rufin. Scito (inquit) Romanam fidem Apostolica voce laudatam, huiusmodi præstigiis non recipere, etiam si Angelus aliter annunciet, quam semel prædicatum est. Pauli auctoritate munitam, non posse mutari. Similia habes etiam in Epistola ad Pammach. & Oceanum, sic & Irenæus de hac Ecclesia loquens: In qua semper (inquit) conservata est ea quæ ab Apostolis est tradita. Sic & Lucius Papa 1. ad quem Cypriani extat Epistola: hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, per omnipotentis Dei gratiam, à tramite Apostolica traditionis nunquam errasse probatur, nec hereticorum novitatibus depravata succubuit, sed ut in exordio normam fidei Apostolica percepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi principibus, illibata sine tenus manet, secundum ipsius Domini nostri divini pollicitationem, qui Discipulorum suorum principum in suis sacris est Evangelii: Petre (inquit) ecce Sathana expetuit te ut cribraret sicut triticum. Ego autem pro te rogo, ut non deficiat fides tua: & tu conversus confirma fratres tuos. Eadem Felix Papa ad Benignum, & Marcus ad Athanasium ceterosque Egypti Episcopos, & similia qui hos præcessit Eusebii Epistola supra citata. Item Tarraconensis Ecclesia ad B. Hilarium Pontificem. Eodem pertinent reconciliationis formula, quas post schisma miserunt, Ioannes Constantinopolit. Patriarcha success. for Achaia ætate iustini Imperator. ad Hormisdam Papam, & Eulalius Carthaginiensis cum ceteris Africa Episcopis ad Bonifacium Pontificem. Vique adeo fides Romana semper fides Catholica est habita, ut & Gratianus Imperator edictum fecerit, ut cuncti iudicii eam fidem & religionem retinerent, quam verum Apostolorum Petrus ac cum Damasus Romanus Episcopus custodiret. Edictum habes, & in Ecclesiastica historia & in cod. Iustiniani tit. de summa Trinit. Habes etiam conformem Patrum de hac re sententiam loci supra citati. Argumentorum vero solutionem quæ ad adversaria conferuntur in contrarium, & plura huc pertinentia, vide apud Albertum Pighium Ecclesiasticar. lib. 4. Cardinale Hosii in Antidrentio, & Melchior Canali. li. 6. loc. Theologorum.

92. Nam cum statutum sit omnibus nobis] Qui verba Cypriani conulerit cum verbis Epistolæ 3. Fabiani Pontificis, non dubitabit, quin ad statutum illud hic alludat Cyprianus. Verba Fabiani sunt ista: Pergrina iudicia salua in omnibus Apostolica auctoritate generali sanctione prohibemus: quia indignum est, ab externis ut iudicetur, qui provinciales & a se electi debet habere iudices: nisi fuerit appellatum. Unde oportet, si aliquis Episcoporum super certis accusatur criminibus, ut ab omnibus audiat qui sunt in provincia Episcopis, quia non oportet accusatum alicubi, quam in suo foro audiri. Et paulo post: Reuera semper ibi causa agatur, ubi crimen admittitur. Quæ postiora verba quid aliud sonant, quod hic dicit Cyprianus, omni iudicio causa illic audiat, ubi crimen est admittitur? Reuocat igitur Cornelio in memoriam statutum sui predecessoris, modestè petens, ut id ab illo obseruetur in causa Fortunati & complicitum, ut nempe illic causa illorum agatur, ubi habere accusatores & testes sui criminis possint, ut pote quibus acerbissima & gravissima crimina à fratribus, uti loquitur, ingererentur. Et si enim quoddam iudicium de illis habitum esset, quo excommunicati erant illi, adbuca tamen noua quadam crimina illis intentata fuisset, ex iam dictis verbis satis patet. Neque vero Appellationis ab illis interiecta villa sit mentio: & non aliud videtur illi egisse apud Cornelium quam nuntiassè Fortunatum Episcopum factum, & accusasse Cyprianum de criminibus quibusdam, falsas quasdam in probationem dictorum litterarum secum adferentes. Quæ omnia procul abesse ut infirmis, quin potius confirmat Romani Pontificis potestatem.

93. cum Dominus doceat & dicat] Sic Cambr. cod. Manus. & Morelius, ceteri duntaxat. Dominus dicat.

94. præstigia obtinebantur] Sic Ms. res & vetus, ac ceteri plerique excusi. Cambr. vero codi. Mor. & Gryphius: præstigia, utrumque Latine dicitur.

95. Neque enim sic putamina] Sic Cambr. cod. Manus. & ceteri Ms. & Morelius: putamina, ut accipiat pro putredinibus sicut infra alicubi.

96. afflictatione contamine] Sic excusi & Ms. omnes, excepto Manutio & Cambr. cod. qui habent: afflictione, verum prior lectio magis placet, præsertim quum eadem voce utatur Cic. lib. 4. Tuscul. quest.

97. O si posses] Præmittebantur hoc loco in vulgatis excusis hæc verba: Non attendas numerum illorum. Melior est enim unus timens Deum, quam mille filij impij, sicut loquutus est Dominus per Prophetam dicens. Filii ne iocundetur in filiis si multiplicentur tibi, cum non fuerit timor Dei in ipsis: verum desiderantur in Ms. omnibus. Quare etiam recte prætermissa sunt à Manus. præsertim quum nihil hoc loco ad institutum facere videantur.

98. Nec Ecclesia istæ cuiquam clauditur] Ita ex varia lectione hunc locum restitui, nam istæ, desideratur in Ms. & cuiquam, in illa reperitur, pro quæ vulgari excusi habent: istæ aliqui.

99. clausam stare Ecclesiam Domini] Rursum hic error contigit ex edit. Rembold. qui omiserat vocem: clausam, quam habent omnes Ms. & vetus excusis.

100. ac domini altare remouentibus] Sic Ms. omnes, vetus excusis, Remboldus, Manus. & Morelius, excepto Cambr. qui habet vulgaram Erasmi lectionem: de Domini altari fere remouentibus, utraque lectio bona.

101. si] qui sacrificauerunt] Ita recte Manus. pro eo quod erat: mihi recte etiam ex Ms. cod. adiecit: rogari, desideratum prius.

102. nec in facie nos deiciunt Sic Ms. March. Dun. Afflig. Bland. & Cauchij. cod. pro quo Cambr. & excusi omnes: in pace, mihi neutra satisfaciit, quamquam illa Ms. magis ardeat.

103. ut peccata opera delictorum tenebris penitentiar. Sic Manus. Morelius vero: ut peccata à delictorum tenebris soluta penitentiar, Ms. & excusi ceteri: ut peccatores à delictorum tenebris penitentiam, ad quam magis accedit Manus. atque adeo eius lectio placet.

104. Illorum fletus & lamentanda concilio est] Sic Ms. March. Dun. & Afflig. vetus excusis & Rembold. pro quo primus Erasmus & Cambr. cod. conditio. Verum prior lectio magis placet: ut alludat ad illud philip. 3. videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

105. Florentissimo illic Clero tecum præfidentem. Valde facit hic locus ad confirmandam Auctoritatem Cleri Romani, iam olim eandem qua nunc est, de quo supra latius Epistola Cornelij ad Cyprianum de Confess. regrefis.

106. si quod illic contagium] Sic Ms. omnes, Manus. & Morelius antea erat: illi.

107. Declinet autem de cetero] Insignis locus quomodo vitandi heretici, allegatis ad hæc scripturis compluribus, qualem habet etiam supra Epistola xl.

108. Hæreticum hominem post vnam correptionem euita] Sic Ms. March. Afflig. Bland. Dun. & Cauchij, vetus quoque excusis & Manus. Cambr. vero Morelius & Erasmus adiungunt: & secundam, verum quum Tertull. lib. de præscript. Hæret. non aliud legat, quam: post primam correptionem, puto priorem lectionem esse Cypriani. Sic enim etiam comment. Ambro. ascriptus. Videtur etiam ex Tertull. desumpsisse illud: a semetipso damnatus, ad quod accedit vox Græca ἀποτοκα τὰ ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ, & ceteri etiam D. Hieron. sic legis in Comment. huius Epistolæ.

109. Peruersus &c.] portat perditionem & in labijs suis ignem condit] Sic Cambr. cod. & vetus cum ceteris excusis omnibus Ms. vero 4. alij, & Cauchij: portat peruersa, perditionis suæ ignem condens, videtur lector, cui lectioni magis congruit textus Græcus.

110. Quod quamquam] Recte sic Cambr. cod. in ceteris desideratur. Quod, Pro: monitam, autem quod habent Ms. Manus. & Morel. vetus excusis cum ceteris habet: munitam, neutra lectio displicet.

## AD THIBARITANOS, DE EXhortatione Martyrij.

### EPISTOLA LVI

ARG. Iam instante secunda persecutione, immo ex parte ceptra, hortatur plebem Thibaritanam Cyprian. ad Martyrium atque adeo satis constat eodem fere tempore cum duabus præcedentibus conscriptam.

### CYPRIANVS PLEBITHIBARI Consistenti, Salutem.

COGIT AVERAM quidem fratres dilectissimi, atque in votis habebam, si rerum ratio ac temporis conditio permitteret, secundum quod frequenter desiderasti, ipse ad vos venire, & quantulacunque mediocritate exhortationis nostræ præfens illic fraternitatem vestram corroborare. Sed quoniam sic rebus virgentibus detinemur, ut longe istinc excurrere, & diu à plebe, cui de diuina indulgentia præsumus, abesse non detur facultas, has interim pro me ad vos vicarias litteras misi. Nam cum Domini instantis dignatione instigemur sæpius, & amplius & admoneamur; ad vestram quoque conscientiam admonitionis nostræ sollicitudinem perferre debemus. Scire enim debetis & pro certo credere ac tenere, pressuræ diem super caput esse cœpisse, & occasum sæculi atque Antichristi tempus appropinquasse; ut parati omnes ad prælium stemus: nec quidquam nisi gloriam vitæ æternæ, & coronam confessionis dominicæ cogitemus; nec putemus talia esse, quæ veniunt, qualia fuerunt illa quæ transferit. Grauior nunc & ferocior pugna imminet, ad quæ fide incorrupta, & virtute robusta parare se debet milites Christi: cōsiderantes iccirco se quotidie calicē sāguinis Christi bibere, ut possint & ipsi propter Christū sāguinē fundere. Hoc est, n. velle cū Christo inueniri, id est Christū & docuit, & fecit imitari: secūdū Ioannē Apostolū dicentē: Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Itē B. Apostolus Paulus exhortatur & docet dicens: Sumus filij. Si aut filij Dei, & heredes Dei, coheredes

Lib. 4. p. 6.

1. Ioan. 2.  
Rom. 8.

autem



autem Christi si quidem compatiatur ut & commagnificetur. Quæ nunc omnia consideranda sunt nobis, ut nemo quidquam de sæculo iam moriente desideret; sed sequatur Christum, qui & uiuit in æternum, & uiuificat seruos suos in fide sui nominis constitutos. Venit enim tempus, fratres dilectissimi, quod iam pridem Dominus noster prænuñciauit, & docuit aduenire: dicens: <sup>1</sup> Veniet hora, ut omnis qui vos occiderit, putet se obsequium Deo facere. Sed hæc facient, quoniam non cognouerunt patrem, neque me. Hæc autem locutus sum vobis, ut cum venerit hora, eorum memores sitis, quia ego dixi vobis. Nec quisquam mittetur persecutionibus nos assiluis fatigari, & presuris arguentibus frequenter urgeri; quando hæc futura in nouissimis temporibus Dominus ante prædixerit, & militiam nostram magisterio & hortamento sui sermonis intruxerit: Petrus quoque Apostolus eius docuerit, ideo persecutiones fieri, ut probemur, & ut dilectioni Dei, iustorum præcedentium exemplo, nos etiã morte & passionibus, copulemur: posuit enim in Epistola sua, dicens: <sup>2</sup> Charissimi, nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit, nec excitis tanquam nouum vobis contingat, sed quotiescunque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut & in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. Si improprietur vobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis & virtutis Domini nomen in vobis requiescit. Quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur. Docuerunt autem nos Apostoli ea quæ de præceptis dominicis & cœlestibus mandatis ipsi quoque didicerunt, Domino ipso scilicet corroborante nos, & dicente: <sup>3</sup> Nemo est qui relinquit domum, aut agrum, aut parentes, aut fratres, aut sorores, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat, septies tantum in isto tempore, in sæculo autem venturo vitam æternam. Et iterum Beati, inquit, eritis cum odio vos habuerint homines, <sup>4</sup> & separauerint vos, & exulerint, & maledixerint nomini vestro quasi nequam propter filium hominis; gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa in celis. Gaudete nos & exultate voluit in persecutionibus Dominus, quia quando persecutiones fiunt, tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent cœli. Neque enim sic nomen militiæ dedimus, ut pacem tantummodo cogitare, & detrachere, & recusare militiã debeamus, quando in ipsa militia primus ambulauerit Dominus, humilitatis & tolerantia & passionis magister, ut quod fieri docuit, prior faceret, <sup>5</sup> & quod pati hortatur, prior pro nobis ipse pateretur. sit ante oculos, fratres dilectissimi, quod qui omne iudiciũ a patre solus accepit, & qui venturus est & iudicaturus, iam iudicij sui & cognitionis futuræ sententiam protulerit; prænuñcians & contestans: confessorum se coram patre suo confiteres, & negaturum negantes. Si mortem possemus euadere, <sup>6</sup> merito mortem timeremus. Porro autem cum mortalem mori necesse sit, amplectamur occasionem de diuina promissione & dignatione venientem, & fungamur exitu mortis cum præmio immortalitatis; nec vereamur occidi, quos constat quando occidimur, coronari. Nec quisquam, fratres dilectissimi, cum populum nostram fugati conspexerit metu persecutionis & spargi, conturbetur, quod collectam fraternitatem non videat, nec tractantes Episcopos audiat. Simul tunc omnes esse non possunt, <sup>7</sup> quibus occidere non licet, sed occidi necesse est. Vbi cumque in illis diebus vnuquisque fratrum fuerit a grege interim necessitate temporis corpore non spiritu separatus, non moueatur ad fugã illius horrorem, nec recedens & latens deserti loci solitudine terreatur. Solus non est, cui Christus in fuga comes est. Solus non est, qui templum Dei seruans, vbi cumque fuerit, sine Deo non est. <sup>8</sup> Et si fugientem in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera inuaserit, fames aut sitis aut frigus afflixerit, vel per maria præcipiti nauigatione properantem tempestas, ac procella submerferit. <sup>9</sup> Spectat militem suum Christus vbi cumque pugnantem, & persecutionis causa pro nominis sui honore morientem præmiũ reddit, quod <sup>10</sup> daturũ se in

persecutione promissit. Nec minor est martyrij gloria, non publice & inter multos perisse; cum pereundi causa sit propter Christum perire. Sufficit ad testimonium Martyris sui, testis ille qui probat Martyras & coronat: <sup>11</sup> iuntemur fratres dilectissimi, Abel iustum, qui initiãuit martyria, dum propter iustitiam primus occiditur. Imitemur Abraham Dei amicum, qui non est cunctatus ut filium victimam suis manibus offerret, dum Deo fide deuotionis obsequitur. Imitemur tres pueros, Ananiam, Azariam, & Misahalem; qui nec ætate terri, nec captiuitate fracti, Iudæa deuicta, & Hierosolymis captis, in ipso regno suo regem fidei virtute vicerunt, qui adorare statuam, quam Nabuchodonozor rex fecerat, iussi, & minis regis & flammis fortiores existerunt, proclamantes & fidem suam per hæc verba restantes: Nabuchodonozor rex non opus est nobis de hoc verbo respondere tibi. Est enim Deus cui nos seruimus potens eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis rex liberabit nos: <sup>12</sup> & si non, notum sit tibi quia diis tuis non seruimus, & imaginem auream quam statuisti, nõ adoramus. Credebant se illi secundum fidem posse euadere, sed addiderunt; & si non: ut sciret rex, illos propter Deum quem colebant, & mori posse. Hoc est enim robur virtutis & fidei, credere & scire quod Deus à morte præsentem liberare possit, & tamen mortem non timere, nec cedere; ut <sup>13</sup> probati fortius fides possit. Erupit per os eorum Spiritus sancti incorruptus & iunctus vigor, ut appareat vera esse quæ in Euangelio suo <sup>14</sup> Dominus dixit: Cum autem vos <sup>15</sup> apprehenderint, nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Dixit, quid loqui & respondere possimus, dari nobis in alia hora diuinitus & offerri; nec nos tunc esse qui loquimur, sed spiritum Dei patris; qui cum à confitentibus non discedit, neque diuiditur ipse in nobis & loquitur, & coronatur. <sup>16</sup> Sic & Daniel cum compelleretur adorare idolum Bel, quem tunc populus & rex colebat, in asserendum Dei sui honorem <sup>17</sup> plena fidei libertate prorupit, dicens: Nihil ideo ego nisi Dominum Deum meum, qui condidit celum & terram. Quid in Machabæis beatorum Martyrum graua tormenta, & multiformes septem fratrum pœnæ, & confortans liberos suos mater in pœnis, & moriens ipsa quoque cum liberis: nonne magnæ virtutis & fidei documenta testantur; & nos ad martyrij triumphum suis passionibus adhortantur? Quid Prophetæ quos ad præscientiam futurorum Spiritus sanctus animauit? Quid Apostoli quos Dominus elegit: <sup>18</sup> Nonne qui iusti occiduntur propter iustitiam, mori nos quoque docuerunt? Christi naturas à martyriis infantium statim cœpit, ut ob nomen eius à bimatu & infra qui fuerant, necarentur. Ætas necdum habilis ad pugnam, idonea exitit ad coronam; ut appareret innocentes esse, qui propter Christum necantur, infantia innocens ob nomen eius occisa est. Ostensum est neminem esse à periculo persecutionis immunem, quando & tales martyria fecerunt. <sup>19</sup> Quam ergo grauis causa sit hominis Christiani, seruum pati nolle, cum prior passus sit Dominus: & pro peccatis nostris nos pati nolle, cum peccatum suum proprium non habens, passus sit ille pro nobis? Filius Dei passus est, ut nos filios Dei faceret, & filius hominis pati non vult, ut esse Dei filius perseueret: Si odio sæculi laboramus, odium sæculi sustinuit prior Christus. Si contumelias in hoc mundo, si fugam, si tormenta toleramus, grauiora expertus est mundi factor, & Dominus, qui & admonet, dicens: Si sæculum, inquit, vos odit, memento <sup>20</sup> quia me priorem vobis odit, Si de sæculo essetis, sæculum quod suum esset amaret, sed quia de sæculo non estis, & ego elegi vos de sæculo, propterea odit vos sæculum, Memento sermonis quem dixi vobis, non est seruus maior domino suo: Si me persecuti sunt, & vos persequentur, Dominus & Deus noster quidquid docuit, & fecit, ut discipulus excusatus esse non possit, qui discit & non facit. <sup>21</sup> Neque aliquis ex vobis, fratres dilectissimi, futuræ persecutionis metu, aut Antichristi imminenti aduentu sic terreatur, ut non Euangelicis exhortationibus & præceptis ac monitis cœlestibus ad omnia inueniatur

Gen. 4.

Gen. 22.

Dan. 3.

Mat. 10.

\* plena fide & libertate. Dan. 14. 2. Mach. 7.

Mat. 2.

Ioan. 15.



\*iudicium  
Mat. 10.

Ioan. 12.

Apoc. 14.

Ephes. 4.

1. Cor. 2.  
Rom. 8.

armatus. Venit Antichristus, sed & superuenit Christus. Grassatur & sedit inimicus, sed statim sequitur Dominus passionibus nostras & vulnera vindicaturus. Irafitur aduersarius & minatur, sed est qui possit de eius manibus liberare. Ille metuendus est, cuius \*iram nemo poterit euadere, ipso præmonente & dicente: Ne timueritis eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum, qui potest <sup>27</sup> & corpus & animam occidere in gehennam. Et iterum: Qui amat animam suam, perdet illam & qui odit animam suam in isto seculo, in vitam eternam conseruabit illam. Et in Apocalypsi instruit & præmonet, dicens: Si quis adorât bestiam & imaginem eius, & accipit notam in fronte sua & in manu, bibet & ipse de vino ira Dei mixto in poculo ira eius, & punietur igne & sulphure sub oculis sanctorum angelorum, & sub oculis agni, & sumus tormentis eorum ascendet in secula seculorum, nec habebunt requiem die ac nocte, quicunque adorant bestiam & imaginem eius. Ad agonem secularem exercentur homines & parantur; & magnam gloriam computant honoris sui, si illis spectante populo & imperatore præfente contigerit coronari. Ecce agon sublimis & magnus, & coronæ celestis præmio gloriosus, ut spectet nos certantes Deus: & super eos quos filios facere dignatus est, oculos suos pandens certaminis nostri <sup>28</sup> spectaculo perfuruit. Præstantes nos & fidei cōgressionem pugnantem spectat Deus, spectant angeli eius, spectat & Christus. Quata est gloriæ dignitas, quata felicitas p̄sēte Deo cōgredi, & Christo iudice coronari? Armetur fratres dilectissimi viri, totis, & paremur ad agonē mēte incorrupta, fide integra, virtute deuota. Ad aciem quæ nobis indicitur. Dei castra procedant. Armentur integri, ne perdat integer quod nuper stetit. Armentur & lapsi, ut & lapsus recipiat quod amisit. Integros honor, lapsos dolor ad prælium prouocet. <sup>29</sup> Armat nos & præparat Apostolus dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates & principes huius mundi harum tenebrarum, aduersus spiritus nequitiæ in caelestibus. <sup>30</sup> Propter quod induite tota arma Dei ut possitis resistere in die nequissimo: ut cum omnia perfeceritis, stetis accincti lumbos vestros in veritate, induiti loriceam iustitiæ, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis, assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia ignita iacula nequissimi extinguere, & galeam salutis & gladium spiritus quod est sermo Dei. Hæc arma sumamus, his nos tutamentis spiritalibus & caelestibus muniamus ut in die nequissimo resistere diaboli minis & repugnare possimus. Induamus loriceam iustitiæ, ut contra inimici iacula munitum sit pectus & tutum. Calciati sint Evangelico magisterio & armati pedes; ut cum serpens calcari a nobis & obteri ceperit, mordere & supplantare non possit. Portemus fortiter scutum fidei, quo protegere quidquid iaculat inimicus, possit extingui. Accipiamus quoque ad tegumentum capitis galeam salutarem, ut muniantur aures, ne audiant edicta feralla: muniantur oculi, ne videant detestanda simulachra: <sup>31</sup> muniatur frons, ut signum Dei in cervice seruetur: muniatur os, ut Dominum suum Christum victrix lingua fateatur. <sup>32</sup> Armemus & dexteram gladio spiritali, ut sacrificia funesta fortiter respuat, & Eucharistiæ memor, quæ Domini corpus accepit, ipsum complectatur, postea à Domino sumptura præmium caelestium coronarum. O dies ille qualis & quantus adueniet, fratres dilectissimi, cui si ceperit populus suus Dominus recensere, & diuinæ cognitionis examine singulorum merita recognoscere, mittere in gehennam nocentes, & persecutores nostros flammæ pœnalis perpetuo ardore dammare, nobis vero mercedem fidei & deuotionis exoluere. Quæ erit gloria, & quanta læticia, admitti, ut Deum videas; honorari, ut cū Christo domino Deo tuo salutis ac lucis æternæ gaudium capias? <sup>33</sup> Abraham, & Isaac, Jacob, & patriarchas omnes & prophetas, & apostolos, & martyres salutare; cum iustis & Deamicis in regno caelorum datæ immortalitatis voluptate gaudere; sumere illic quod nec oculus vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: maiora enim nos accipere, quā quod hic aut operamur, aut patimur, apostolus prædicat, dicens: Non sunt condigne passionibus huius temporis ad superuenturam claritatem, quæ reuelabitur in nobis.

Cum reuelatio illa venerit, <sup>34</sup> Cum claritas super nos Dei fulserit, tam beati erimus, & læti, dignatione Domini honorati; quam rei remanebunt, & miseri, qui Dei desertores, aut contra Deum rebelles voluntatem fecerunt diaboli, ut eos necesse sit cum ipso simul inextinguibili igne torqueri? Hæc fratres dilectissimi hæreat cordibus vestris. Hæc sint armorum vestrorum præparatio, hæc diurna ac nocturna meditatio, ante oculos habere & cogitatione semper ac sensibus voluere iniquorum supplicia, & præmia ac merita iustorum: quid negantibus Dominus comminetur ad pœnam; quid contra confidentibus promittat ad gloriam. Si hæc cogitantibus ac meditantibus \*nobis superuenierit persecutionis dies, miles Christi, præceptis eius & monitis eruditus, non exspañcit ad pugnam, sed paratus est ad coronam. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.

\*vobis.

## ADNOTATIONES IN EPISTOLAM LVI.

1. Plebi Thibari consistenti] Quam solet ad maiores ciuitates scribens tum Clero tum plebi epistolam inscribere, mirum est quod soli plebi hanc epistolam scribas. præsertim quum inter episcopos Africa Vincentij Thibaritani fuit mentio.
2. & quantalacunque mediocritate exhortationis nostræ præfens] Sic vetus excusus, Remboldus & Morelius. Ms. vero Colon. & Afflig. quantulumcunque mediocritas nostræ præualeat] utraque lectio bona. Porro ex Ms. Cambr. & Afflig. recens adieciimus: vestram.
3. amplius & admonemur] Etiam hic ex illis adieciimus vocem: amplius.
4. Antichristi tempus appropinquasse] Sic excusus & Ms. Colon. Ms. vero ceteri: appropinquare, sed prius malo ob id quod præcedit: ceperisse. Antichristum autem vocat tyrannum persequutorem more scripturæ, quæ Antichristum vocat præfures Antichristi.
5. considerantes iccirco se quotidie calicem sanguinis bibere] Supra eadem pene verba habes epistola liij. Satis igitur manifestum fit ex utroque hoc loco, tum eodem tempore utraque conscriptam, tum communicasse plerumque plebem sub utraque specie tempore Cypriani; & causâ videtur fuisse, ut per summationem sanguinis magis animaretur, ad sanguinis effusionem pro Christo.
6. de seculo iam moriente] Sic vulgati typis omnes, Ms. Colon. & Afflig. ad marginē idē tamen & Cambr. legunt: moriturus, verum prius placet, ob Antichristi illam: sed sequatur Christum qui vivit in æternum.
7. Veniet hora] Sic Cambr. cod. & excusus omnes. Afflig. vero: venit, certe vox Græca ἡ ἔσχατη, ambigua est ad utrumque. Porro obsequium substituius ex utroque Ms. cod. pro eo quod erat: officium.
8. Nolite mirari ardorem accidentis vobis, &c.] Neg. Cyp. neg. interpres Pauli commode vertit: Græcam vocē. ἡ ἔσχατη, neg. est vocabulū Latini quod correspondet: Galli dicunt: ne trouez eistrange. Hæc enim, ut peregrina & extraneam significat illud autem: nec excidatis, quod videtur accipere aut ea significatione qua alibi dixit Apostolus: siue excidimus Deo, aut pro obsequio] & illud: per omnia plus habet Cyprianus, quā vel Græci vel Latini cod. Denique miri est, quomodo legatur: maiestatis & virtutis Dei nomen, nisi forte legenti: ἡ ὕψους pro eo qd Græce hodie legitur: ὑψέτης, id est spiritus, habet etiam verba illa quæ sunt in Græcis hodie exemplaribus. Quod quidē secūdu illos blasphematur, secundum aut nos honoratur, legit de contrario: virtutis, quod desideratur in Græcis, habetur autē in Latinis. Quare recte adnotauit in suis noui est. castig. Nicolaus Zegerus, exemplaria videri hic semper variasse. Quod vñ, adeo verum est, ut aliam longe etiam lectionem habeat Terull. in Scorpiano cetera Gnosticos, hæc nēpe: Dilecti ne exspañcatis vñtē quæ agitur in vobis in tentationem, quasi noua accidat vobis, etenim secundum quod communicatis passionibus Christi, gaudete, uti & in reuelatione gloria eius gaudeatis epulantes. Si de decoramini in nomine Christi, beati estis: quoniam gloria & Dei spiritus requiescet in vobis, dū ne quis vestri patiatur, ut homicida, aut fies, aut maleficus, aut alieni speculator.
9. Nemo est qui reliquat domū, &c. aut fratres aut sorores] illud aut sorores, legit cum excusus Erasmus in omnibus Afflig. cod. quare denno in locis suis reposuimus, etsi omisum a Manutio. Nā quod etiam alibi adnotauimus, pro more habet Cyprianus, ut diuersorū Evangelistarū verba velut unus recitet. Citat itaq. hūc locū potissimū, ex Marco, parum etiā ex Luca. Porro malim qd cū Clauio legi, ceteris, p eo qd est: septies, sed quī hoc legat hic etiā Ms. tres & alibi vñq. Ms. vñq. nō ausus sū immutare.
10. & separauerint vos & expulerint & maledixerint nomini vestro] Adnotatu digna hæc lectio tū excusorū tū Ms. codicū, ut pote qd nō diserepet à Græcis aut Latinis exemplaribus, nisi transpositione verborum; neque enim est aliud: maledicite: quam, exprobate, neque ex, ellere, quam: cūcere, & certe apertior mihi videtur phrasis, exprobare nomen cuiusquam, siue maledicere nomini cuiusquam, quam exicere nomen.
11. & parti hortatur] Magis placet hæc Ms. & excusus: vulgatorū lectio, quā illa Rebeldi, Manu. & Morelij: qd verus aut excusus legit: qd nō male.
12. merito mortem timeamus] Hoc ex Ms. nō iam primum, pro eo quod erat: mori.
13. quibus occidere non licet, sed occidi necesse est] Similis est locus Epistola seq. vbi quid sibi velit latius. Hoc hic tantum dicimus, non licuisse plebi occidere, rursus cum soli hoc liceat legitimo magistratu, atque adeo fugiendum illi potius, suadet tum hic tum li. de lapsis Cyprianus.



14. Et si fugientem in solitudine, &c. ] *Vl* hinc pater non dubitasset de salute illius Cyprianum, qui profugiens in solitudine, aut à latronibus seorsus occisus, aut fame & siti mortuus, vel in mari repositus submersus fuerit, etiam sine viatico, sine absolutione presbyteri hinc decederet, quia quod Martyribus aequat. Loquebatur igitur episcopi Africani, epistola huius, non de omnibus qui forte post baptismum peccassent, sed de iis tantum qui graviora crimina commiserant, & quibus iudici solet publica poenitentia. Verum de hac re ibi latius.

15. Spectat militem suum Christum ] *Sic* recte ante me hunc locum configurat Cyprianus, nam correspondens *Ms. cod.* Legatur prius: expectat.

16. daturum se in persequutione ] Ita *Ms. Afflig. & Camb. cod.* plerique etiam excusati ad marginem. Placet igitur magis hac lectio, quam aut vulgata: surrectione, aut Manut. & Morel. resurrectione. Nam si sic legatur, contradicit sibi ipse Cyp. qui hic dicit, daturum demum in resurrectione premium Martyrij Deum, quod prius & alibi frequentissime statim datum tri dicit.

17. imitemur fratres dilectissimi Abel iustum ] Quum prius eos animaverit spe praeiorum & beatitudinis à Christo promissae, quum martyrium pro illo subirent, nunc exemplo Abel, Abrahæ, trinum puerorum, Danielis, Machabeorum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Innocentium, & Christi ad Martyrium illos hortatur.

18. & si non, notum sit tibi ] Remboldus parentesi hac verba includens, legit: et si, plane textum obcurans; recte igitur iuxta vet. exc. & *Ms.* hoc pacto distinxerunt Manut. & Morel. Clarius autem habet nosse interpres: Quod si noluerit, magis etiam placet lectio *Ms.* adoramus, quam vulgata: adorabimus, quia praemittitur: colimus, praesertim cum alibi sic legat Cyprianus.

19. probati fortius ] *Manutius & Ms. Cateri:* potius, prius malo.

20. Dominus dixit: Cum autem ] *Hanc* veram esse lectionem colligere est ex *Afflig. codic. vulgata* autem: exiit dicens: cum; videtur orta ex varietate lectionum. Quum enim alij haberent: dicit, quomodo *Camb. & Fortassis* in margine, utrumque irrepit in textum: dixit dicens, ne autem superflua foret repetitio, aliquis adiecit, & legit: edixit, Certe nunquam alibi sic loquitur Cyprianus.

21. apprehenderint ] Quum supra Epistol. 9. & alibi iuxta Græcum & Latinum Matthæi textum legat: tradiderint, mirum est quod hic apprehenderint, legant tum exc. tum *Ms. cod.*

22. Sic & Daniel ] *Hanc* eandem historiam Belis habes citatam in lib. de orat. dominica, ubi de illius auctoritate Canonica.

23. Nonne qui iusti occiduntur ] Ex *Ms. cod.* sic recte hunc locum referimus, referunt tum ad Prophetas tum ad Apostolos. Quod autem antea erat: cum, ita sensum obcurabat, ut videretur de aliis loqui quam praedictis. Porro de Apostolorum martyriis nemo est qui dubitet. Inter Prophetas autem non omnes quidem sunt martyrum passij, uti ex Epistol. de vita & obitu Prophetarum constat ] sed donaxat, Ihsus sub Manasse Rege terram in duas partes scissus. Hieronimus apud Taphnas in Aegypto obitus lapidibus. Ezech. occisus à duce populi Israelitici in Chaldaea, dum eum de idololatriæ reprehenderet. Amos fuisse occisus à filio Amasæ sacerdotis Bethel. Michæ præcipitatus à Ioram filio Achab. & Ioannes Baptista capite plexus iussu Herodis in carcere.

24. quam ergo gravis causa ] Ita primus hunc locum configurat Cyprianus, pro eo quod erat: vero. Consentunt *Ms. cod.* iuxta autem *cod. Ms. fidem*, quum superflue bis repeteretur, priori loco vocem: ille, submovimus.

25. quia me priorem vobis odit ] *Hanc* lectionem *Camb. cod.* malui sequi, eo quod indifferens sit ad utrumque sensum qui ex Græco textu hauriri potest, ubi est *ἡ πρότερον μὲν*, quod veri potest, aut: priusquam vos, ad quod accedit vulgata huius loci lectio: aut, me primo, vel: priorem vestrum, quomodo hic legit. *Afflig. cod.* Ex utroque etiam *Ms. sub*stituere licebat: odiuit, sed odit, quod esset elegantius, immutare nolui. Manut. legit odit, tum hic tum alibi. Porro pro eo quod erat: sermone. *Ms. habent* verbi, sed perinde est, utrum legatur.

26. Neque aliquis ex vobis &c. ] Quum prius & praeiis & exemplis eos ad Martyrium sit exhortatus, nunc ne timore succumbant, armat ad praelium, sub finem denovo magnitudine praemorem animos accendens.

27. & corpus & animam occidere ] *Expressit* ad verbum quod Græce est *ἀπολέσαι*.

28. spectaculo perfruitur ] *Sic* *Ms. cod.* excusati vero perfruantur, neutrum male. Ita & paulo post, ubi excusati habent: praeside, legunt illi: praesente. Pro eo etiam quod excusati vulgati & *Ms. habent*: ne, vetus excusatus & Remboldus legunt: nec.

29. Amat nos & preparat Apostolus dicens ] Ita *Ms. & excus. re*centiores. Manutius vero, Remboldus & vetus excusatus: Armari autem & paratos beatus Apostolus docet dicens, prior lectio placet magis.

30. Propter quod induite vos tota arma Dei ] *Hoc* pacto vetus & ceteri excusati. *Ms. & Manut.* omittunt: tota, sed prior lectio magis placet, per illam enim exprimitur clarius quod Græce est *πανοπλίαν*, praesertim quum & D. Hieron. dicat vertendum hic fuisse: vniuersa arma.

31. muniat fons, ut signum Dei incoluere seruetur ] *Alludit* haud dubie ad signum crucis quod in baptismo frontibus inscribitur, praesertim quum alicubi dicit: signaculo dominico consummari qui in ecclesia baptizantur. Eiusdem ritus meminit etiam Basil. lib. de Spiritu sancto. & Tertull. lib. de resurrectione carnis. Chrysost. li. contra gentiles. Cyrillus Hierosol. Cate. 4. & Hieron. in epistola ad Heliodorum. Quod et in fronte fiat, quæ scilicet est veretundia, ex August. ratione reddit. Micrologi noster cap. 9. ut eliminata omni veretundia, non erubescamus Evangelium Christi. Non solum autem in baptismo, sed ad omnem progressum.

D. Cael. Cyprian. tom. 1.

ad omnem aditum & exitum, ad vestitum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina & ad cubilia, frontem signare cruce solitis veteres Christianos, locuples testis est Tertull. lib. de coron. mili. ad quem locum etiam alludit D. Hieron. epistola ad Eustoch. de custod. virgin. Plura vide apud Iustinum mart. Apol. ad Anton. Prium & Reuerendiss. Ruremundensem Episcopum Dn. Guilieum Lindanum in sua panoplia.

32. Armemus & dexteram &c. quæ Domini corpus accepit &c. ] *Alludit* ad veterem alterum ecclesiasticum, quo sumebatur in mænis Eucharistia, de quo latius li. de Lapsis. Confirmat etiam veritatem corporis Christi in Eucharistia, & merita bonorum operum. Castigamus autem hunc locum partim ex *Ms.* partim ex veteri excuso, ad quem proxime quidem accedebat Manut. sed omiserat vocem: postea, & repofuerat: accipit, quum rectius legatur, accipit.

33. Abraham & Isaac & Iacob &c. & martyres salutare ] *Infirmat* futuram mutuatam notitiam in vita futura, sed satis hac de re lib. de immortalitate.

34. cum claritas Dei super nos fulserit ] *Sic* recte Manut. & Mor. ex *Ms. cod.* pro eo quod erat, claritas.

35. tam beati erimus &c. quas rei remanebunt ] *Elegant* sic quoque configurat Manut. hunc locum, antea corruptiss. cui consentiunt Colon. & *Afflig. cod. Camb.* vero utrobique legitur: quam, etiam non male.

## AD CORNELIVM IN EXILIO de eius confessione.

### EPISTOLA LVII.

ARG. Laudat Cyprianus in Cornelio & Plebe eius Confessionem nominis Christi ad exitum usque, hortaturque ad constantiam, & mutuas pro inuicem orationes, tum ob instantem certaminis diem in hac vita, tum post obitum: meminit autem huius Epistolæ Damasus in vita Cornelij, vixisse propter quam calumnia facta, occasione necis iunxerat Tyrannus. Atque adeo quum sub finem vita Cornelij scripta sit, recte non in primo, sed postremo loco inter Cyprianum ad illum Epistolæ collocaisse me æquus lector iudicabit.

## CYPRIANVS CORNELIO FRATRI Salutem.

COGNOVIMVS frater charissime, fidei ac virtutis vestrae testimonia gloriosa, & confessionis vestrae honorem sic exultanter accepimus; ut in meritis ac laudibus vestris nos quoque participes & socios computemus. Nam cum nobis & Ecclesia vna sit & mens iuncta, & indiuidua concordia; quis non sacerdos in consacerdotis sui laudibus, tanquam in suis propriis gratuletur? aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio ubique letetur? Exprimi satis non potest, quanta istic exultatio fuerit, & quanta lætitia, cum de vobis prospera, & fortia comperissemus; ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed & confessionem ducis de fratrum confessione creuisse; vt dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloria comites, & confessorum populum suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: vt non inueniamus quid prius prædicare in vobis debeamus, vtrum ne tuam promptam & stabilem fidem, an inseparabilem fratrum charitatem. Virtus illic Episcopi præcedentis publice comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est. Dum apud vos vnus animus & vna vox est, Ecclesia omnis Romana confessa est. Claruit fratres charissimi fides, Quam de vobis beatus Apostolus prædicauit. Hanc laudem virtutis, & roboris firmitatem iam tunc in spiritu præuidebat, & præconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios prouocat. Dum sic vnanimis dum fortis estis, magna cæteris fratribus vnanimis & fortitudinis exempla tribuitis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adherere; plebem sacerdotibus in periculo iungi; in persequutione fratres à fratribus non separari; concordiam simul iunctam vinci omnino non posse; quicquid simul petitur à cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Profligat aduersarius terrore violento Christi castra turbare: sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est; & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis inuenit & roboris. Supplantat se iterum posse crediderat Dei leueros, & velut tyrones, & rudes, quasi minus paratos, & minus cautos, solito suo more concutere. Vnum primo aggressus, vt lupus o-

Lib. 1. ep. 1.

Rom. 1.

G 3 uem



uem secernere à grege, ut accipiter columbam ab agmine volantium separare tentauerat: nam cui non est aduersus omnes satis virium, circumuenire quærit solitudinem singulorum. Sed reus adunati exercitus fide pariter & vigore, intellexit milites Christi vigilare iam sobrios, & armatos ad prælium stare; vinci non posse, mori posse: & hoc ipso inuictus esse, quia mori non timent nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, sed prompte & animas & sanguinem tradere, ut cum tanta in seculo malitia & sauitia grassetur, à malis & sanis velocius recedatur. Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum gloriosum? quale in conspectu Christi, Ecclesie suæ gaudium, ad pugnam, quam tentauerat hostis inferre non singulos milites, sed tota simul castra prodidisse? omnes enim constat venturos fuisse, si audire potuissent, quando accurreret properanter, & venerit quisquis audiuit. Quod illic lapsi gloriosa confessione sunt restituti? Steterunt fortes & ipsi dolore penitentiae facti ad prælium fortiores, 7 vt appareat nuper subitatos esse, & noue atque infuete rei pauore trepidasse; rediisse ad se postmodum fidem veram, & vires suas de Dei timore collectas, ad omnem patientiam constanter & firmiter roborasse, nec iam stare ad criminis veniam, sed ad passionis coronam. 8 Quid ad hæc Nouatianus, frater charissime? vt rum ne iam deponit errorem? an vero (qui dementium mos est) ipsis bonis & prosperis nostris plus adactus est ad furorem? & quo magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic gloria, illic dissensionis & zeli recrudescit insania: nec vulnus suum miser curat, sed adhuc grauius & se, & suos vulnerat? In perniciem fratrum lingua sua pestifera, & facundia venenata iacula contorquens, magis durus secularis philosophiae prauitate, 9 quam philosophiae dominice lenitate pacificus, desertor Ecclesie, misericordiae hostis, 10 interfecto penitentiae, doctor superbiae, veritatis corruptor, 11 perdit caritatis? Agnoscat ne iam qui sit factus deus Dei? quæ sit Ecclesia & domus Christi? qui sint Dei serui, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos Antichristus impugnet? Neque enim quæricillos, quos iam subegit: aut gestit euertere, quos iam suos fecit. Inimicus & hostis Ecclesie quos alienauit ab Ecclesia & foras duxit: vt captiuos & vinctos contemnit, & præterit: eos pergit lacerare, in quibus Christum cernit habitare. Quamquam & si aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in 12 confessione nominis blandiatur, cum constet, si occisi eiusmodi extra Ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed penam potius esse: perdidit nec in domo Dei inter vniuersos habituros esse, quos videmus de pacifica & diuina domo, furore discordiae, recessisse. Hortamur plane quantum possumus frater charissime, pro charitate mutua, qua nobis inuicem coheremus, vt (quoniam prouidentia Domini monentis instrumur, & diuine misericordiae consilij fabulibus admonemur, appropinquare iam certaminis & agonis nostri diei 13 ieiunijs, vigilijs, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus: incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Hæc sunt enim nobis arma coelestia, quæ stare & perseverare fortiter faciunt. Hæc sunt munimenta spiritalia, & tela diuina, quæ protegunt. Memores nostri inuicem sumus, concordes atque vniuersos, utrobique pro nobis sepe oremus, prefuras & angustias mutua caritate reuelemus. 14 & si quis istinc nostrum prior diuinæ dignationis celeritate præcesserit, perseveret apud Dominum nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam patris non cesset oratio. Opto te frater charissime semper bene valere.

#### ADNOTATIONES IN EPISTOLAM LVII.

1. de fratrum confessione cretulle. Ita recte Cambr. cod. & Manus. pro eo quod ceteri Ms. & excuspi confessione.
2. claruit fratres charissimi. Sic Ms. & excuspi omnes, quare non placeat quod reposuit solus Manus. frater charis. Est enim propositio ad Romanos Confessores omnes, quos à fide commendat.

3. filios prouocabat. hoc patto Afflig. Dun. March. Bland. Cauchij cod. Ms. excuspi vero: prouocat, minus recte. Patres autem vocat Romanos quos commendabat Apostolus, filios eorum posteros.

4. quicquid simul petitur à cunctis. Vniuersis oratio quam sit efficax, hinc probatur, de qua latius lib. de orat. Dominica.

5. cum occidere innocentibus nec nocentem liceat. Similis fuit locus Epistola præced. Neque vero mirum cuiquam videri debet, Cyprianum in ea fuisse sententia, ut potius fugiendum esse indicaret Christianis, quæ ut se iueretur contra principis persecutoris impetum, quam apud illos nullus esset legitimus magistratus, cui solus permisset gladius: atque adeo patientia opus foret, & soli Deo committenda vindicta: Quod satis innuat Tom. 2. contra Demetrium, cum hanc patientie causam reddit, quia inquit patientes facit de securitate ultione securitas, qua cessat sunt & fidentes, quod inultum non remanebit quodcumque patientur, preferunt cum scriptum sit, mihi vindictam & ego retribuam.

6. sed tota simul castra prodidisse. Afflig. & alij tres, Cauchij quoque Ms. cod. vetus excuspi & Remboldus, quare loco semouimus: melius, si solus habebat cum excuspi Cambr. cod. Ex Ms. autem recte Manus, illic, pro eo quod erat: illi.

7. vt appareat nuper subitatos esse. habet quidem Cambr. cod. dubitalle, verum cum ceteri Ms. & excuspi omnes legant: subitatos esse, nolui temere quid innuere, præsertim quum velis explicans quod dicit subiungat: & noua atque inolitæ rei pauore trepidasse. Noua igitur vox est, subitatos esse, pro subito oppressos esse, ut sita quod vni voce Theodotica efferimus verba scien. Vt ut eadem voce bis terne Pontius in vita Cyp. Similiter latinus interpres verit alicubi: à subitatione inspectæ salutis.

8. Quid ad hæc Nouatianus, frater charissime. Insultat Nouatianus, quasi dicat, frustra illum calumnias spargere de tali viro, qui iam constanter Christum confessus sit. Porro illud, charissime, habent Ms. & excuspi omnes præterquam Erasmi cod. qui nescio qua de causa ubique fere eā vocem sustulit.

9. quam philosophiae dominicæ lenitate. Ita constanter Ms. & excuspi omnes, præter Manus. & Morelum, qui reposuerunt: sophia; quantum arbitror ad vitandam xaxoxoria.

10. interfecto penitentiae. Intellectum huius habes supra Epistola ad Anton.

11. perdit caritatis. Quum scilicet legant veteres excuspi, March. Dun. & Cauchij Ms. cod. & etiam Remboldus, videtur mihi hæc verior lectio, quam illa Afflig. & excuspi recentiorum cod. proditor, præsertim quia prior voce utatur etiam Ciceronem in Pison & Orat. pro Plancio.

12. confessione nominis. Quid sit nominis confessio, item de pseudo-martyribus hæreticis, supra dicta Epistola ad Anton. abunde diximus.

13. ieiunijs, vigilijs, orationibus. de tribus his Christiani hominis exercitijs, quæ sitis atque iugillare non veretur Aristarchi, latius se campus offert lib. de opere & Eleemosynis.

14. Et si quis hinc nostrum prior &c. Patet ex hoc loco Cyprianum sensisse & credidisse, Sanctos etiam defunctos pro viuis orare, quod ipsum sed paulo obliuiscens indicat tom. 2. lib. de mortalit. cum dicit de futura vita agens: Frequens nos illic turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra incolumitate sollicita. Similia habent Cornelius Papa Epistola Decret. 2. Origenes Hom. 3. in Cantica & 3. in Gen. D. Potamiana apud Eusebium lib. 6. Hist. eccl. c. 5. & his vetustior D. Anacletus Petri discipulus Epistola Decret. 3. Imo ipse D. Petrus tum verbis citatis à D. Clemente Epistola ad Lac. fratrem Domitium Epistola sua Canonica 1. ca. (iuxta expositionem Grecorum quorundam narrante Oecumeno) cum dicit: Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis. Satis etiam ex hoc ipso loco colligitur, iam tum Inuocationem quoque Sanctorum in usu fuisse, imo infra Tom. 2. lib. Diss. & hab. Virg. preces sanctiarum virginum post hanc vitam implorat, dicens: Durate fortiter, spiritaliter pergit, peruenite feliciter, tantum tunc memento te nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari. Quod de honore post hanc vitam intelligi, satis indicant præcedentia verba: maiore & meliore parte præceditis, & illud: peruenite feliciter. Quare calumniari perspicuum est illos, qui ante diui Gregorij aetatem illam usitaram in Ecclesia negant, præsertim quum eam reperire sit etiam apud Syn. 7. Can. 7. & sextam in fine, Victo. Africanum lib. 3. de persequut. Vandal. D. Fulgentium serm. de laudibus Mariæ in partu saluat. Petrum Chrysologum hom. 7. Theodoret. de Grace affectu libro octauo Leonem magnum sermone secundo & sexto de ieiun. & octauis Apostolorum, Casarium in hom. in Litanis, D. August. libro septimo de bapt. capite secundo serm. de natali Cypriani, serm. 27. de verbis Apostoli lib. 22. de ciuitate Dei capite octauo & alibi frequenter, Vigil. Trident. in vita diui Syssimij. Paulinum de sancto Claro ad Severum, in Panegyri fratri. Gregor. Nazianzen. homil. in Basil. & Cyprian. Basil. serm. de 40. Martyr & in Mammarum martyrem. Chrysostom. in missa hom. 49. in Genes. in Matth. 1. in Epistolam ad Philippenses & 66. ad populum Antiochen. Neclarium in Theodo. Martyrem, & Ephrem. sermon. de marty. Imo & ante annum 100. quantumvis id neget Monemius) iustitia fuit illa ab Hylario in Psalm. 24. Athanasij orat. de virg. deipara. diuo Anthonio Epistola ad Arsenio, virgine Iustina apud Nazianzen. & rat. in Cypri. Autore lib. de card. operibus Christi serm. de Epiphania infra Tom. 3. diuo Stephano papa epistola 2. Cypri. verb. supra cit. Origen. in vltimum cap. lib. 10. & in lamento, & Diuo Irenæo lib. 5. contra hæret. Vbi Mariam virginem Eue virginis dicit aduocatam: quomodo & Ephrem Syrus ille iam dictus: Ego inquit in Tiberio Mariam alloquens nostra conciliatrix & aduocata in hora iudicij, libera nos à futuro igne & tenebris, tu namque es spes apud Deum Christianorum. Quæ ver

ba no-



ita notatu digna, ob illos qui calumniantur Canticum illud Ecclesie in laudem D. virgi. Salve Regina misericordia etc. Neque vero Marianam dicunt, sed & alios sanctos appellare solent veteres, modo advocatos (sic ut D. Maximus in Nazar. & Celsus) modo Patronos (ubi Amb. lib. 10. in Luc. cap. 11. D. Aug. de cura pro mort. c. 4. Prudentius hymn. 1. & 2. & rep. Pausanias Paneg. 3. in Felicem & epistola 13. ad Severum & Anton. Episcopus epistola ad Arcad. Imperat. ) modo protectores (velut Chrys. hom. 66. ad pop. Antioch. ) modo etiam mediatores, quemadmodum Cyrillus li. 12. Thesaur. c. 10. & Bernard. serm. 16. de Assumpt. D. Virg. Quae omnes appellationes, mire confirmant ritum invocationis, supradictum. Quin qui alius adhuc petendum censat, repetit hic verba apud D. Iacobum in sua Liturg. quam Syn. 6. pro tali agnoscit can. 32. Commemorationem agamus sanctissimae, immaculatae, gloriosissimae, benedictae dominae nostrae, matris Dei & semper virginis Mariae, ac omnium sanctorum & sanctorum, ut precibus atque intercessionibus eorum omnes misericordiam consequamur. Quid enim quod aliud est, Sanctorum commemorationem agere, ut eorum intercessionibus misericordiam consequamur; quam Sanctos invocare ut pro nobis intercedant ad misericordiam consequendam.

## AD LVCIVM PAPAM ROMANUM REVERSUM AB EXILIO.

### EPISTOLA LVIII.

ARG. Gratulatur Lucio Cyprianus cum collegis de reditu ab exilio, docens dilata martyria gloriam non minuire. Deinde indicans divinitus contigisse Cornelij Martyrium & Lucij exilium, ad confundendos Novatianos, praedicat illi instans Martyrium, ita Deo ordinante, ut non foris, sed apud suos consummaretur eius Martyrium.

## CYPRIANVS CVM COLLEGIS LVICIO FRATRI SALUTEM.

Lib. 3. p. 1.

Diss. 3.

Diss. 14.

ET nuper quidem tibi frater charissime, gratulati sumus, cum te honore geminato in Ecclesiae tuae administratione & confessorum pariter & sacerdotum constituit divina dignatio; sed & nunc non minus tibi & comitibus tuis atque universae fraternitati gratulamur, quod cum eadem gloria & laudibus vestris reduces vos denuo ad suos fecerit benigna Domini & larga protectio: ut pascendo gregi pastor, & gubernandae navis gubernator, & plebi regendae rector redderetur; & apparet relegationem vestram sic divinitus esse dispositam, non ut Episcopus relegatus & pulsus Ecclesiae desisset, sed ut Ecclesiam maior rediret. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrij dignitas, quia morte frustrata de camino ignis incolumes exierunt: aut non consummatus Daniel existit in suis laudibus, quia quileonibus missus fuerat ad praedam, protectus a Domino vixit ad gloriam. In Confessoribus Christi dilata martyria non mericum confessionis minuunt, sed magnalia divinae protectionis ostendunt. Repraesentatum videmus in vobis, quod apud Regem fortes atque illustres pueri praedicaerunt: Ipsos quidem paratos esse ardere flammis, ne dijs eius feriret aut imaginem quam fecerat adorarent; Deum tamen quem colebant, quemque & nos colimus, potentem esse ut eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus ac de paenis praesentibus liberaret. Quod invenimus in confessionis vestrae fide, & in Domini circa vos protectione nunc gestum; ut cum vos parati fueritis & prompti omne subire supplicium, dominus tamen vos poene subtraheret & Ecclesiae referuaret. Regredientibus vobis breviata non est in episcopo confessionis suae dignitas, sed magis crevit sacerdotalis auctoritas; ut altari Dei assisteretis, qui ad confessionis arma sumenda & facienda martyria, non verbis, plebe, sed factis cohortetur, & imminere antichristo parat ad praedium milites, non solum sermonis & vocis incitamento, sed fidei & virtutis exemplo. Intelligimus frater charissime, & tota cordis nostri luce perspicimus divinae maiestatis salutaria & sancta consilia; unde illic & repentina persecutio nuper exorta sit, unde contra Ecclesiam Christi & Episcopum Cornelium beatum martyrem, vosque omnes secularis potestas subito proruperit: ut ad confutandos hereticos & retinendos oederet Dominus, quae esset Ecclesia, quis Episcopus eius vnus, divina ordinatione delectus; qui cum Episcopo presbyteri sacerdotali honore coniuncti; quis adunatus & verus Christi populus

Dominici gregis charitate conexus: qui essent, quos inimicus laceraret; qui contra quibus diabolus ut suis parceret. Neque enim persequitur & impugnat Christi adversarius, nisi castra & milites Christi: hereticos prostratos semel & suos factos contemnit, & praeterit: eos quaerit deicere, quos videt stare. Atque utinam nunc facultas daretur frater charissime, ut interres illic vobis regredientibus possemus, qui vos mutua charitate diligimus, ut aduentus vestri letissimum fructum praesentes cum ceteris ipsi quoque caperemus. Quae illic exultatio omnium fratrum? qui coeclus atque complexus occurrentium singulorum? Vix oculis adherentium potest satisfieri, vix vultus ipsi atque oculi plebis possunt videndo satiari. De aduentus vestri gaudio cognoscere illic fraternitas cepit; qualis & quanta sit securita Christo veniente laetitia: cuius quia cito appropinquabit aduentus, imago iam quaedam praecessit vobis, ut quo modo Ioannes praecursor eius & praevius veniens, praedicaui Christo venisse, sic nunc episcopo confessore Domini & sacerdote redeunte, appareat & dominum iam redire. Vicarias vero pro nobis ego & collega fraternitas omnis has ad vos litteras mittimus frater charissime, & representantes vobis per epistolam gaudium nostrum, & fida obsequia charitatis expromimus; hic quoque in sacrificijs atque in orationibus nostris non cessantes Deo patri, & Christo filio eius Domino nostro gratias agere; & orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atque perficiens, custodiat & perficiat in vobis confessionis vestrae gloriosam coronam: qui & ad hoc vos fortasse reuocavit, ne gloria esset occulta, si foris essent confessionis vestrae colummata martyria. Nam victima fraternitati praebet exemplum virtutis & fidei, praesentibus debet fratribus immolari. Optamus te frater charissime semper bene valere.

## ADNOTATIONES IN EPISTOLA LVIII.

1. Et nuper quidem &c. Epistola prior ad Lucium cuius meminit desideratur.
2. confessorum pariter & sacerdotum] Confirmat hoc Damasc. sententiam, qui dicit statim ab ordinatione missum Lucium papam in exilium.
3. In Confessoribus Christi dilata martyria] Similem locum habes supra epistola ix. & ad Tybrianos. Confirmatur autem etiam hinc distinctio nostra, quam ibidem habes inter Martyres & Confessores.
4. repentina persecutio] Eo quod repentinam vocat persecutionem qua passus est Cornelius, confirmatur quod supra diximus, passum illum sub Gallo & Volusiano, ex parte quos consistet non toto anno imperium tenuisse, & quibus mortui persequitio cessavit ad aliquantum tempus. Rursus autem Episcopum unum papam Romanum nuncupat.
5. ad confundendos hereticos, Novatianos intelligit, epistola enim praeced. mentionem de illis injiciens, isdem verbis utitur.
6. De aduentus vestri gaudio cognoscere illic] Hanc distinctionem habeo ex Ms. Assig. & Cambr. codicibus & veteri extus; Remboldi prava distinctio rectum plane obscuraverat.
7. fide obsequia charitatis expromimus] Sic Ms. & Manus & Morelius, pro eo quod erat: exprimus.
8. Nam victima quae fraternitati praebet exemplum] Quod hic laudat & suam praedicat, nempe, sacerdotem martyrium pati coram sua fraternitate usque adeo imitatus est Cypri. (ut patet in epist. ultima) ut delituerit ad tempus, ne apud Vticam, sed potius Carthaginem pareretur.

## EPISTOLAE MISCELLANAE IN PACE ECCLESIAE VARIJS TEMPORIBUS CONSCRIPTAE.

### AD FIDVM DE INFANTIBVS baptizandis

### EPISTOLA LIX.

ARG. huius Epistolae praecipui paucis indicat D. Augustinus epistola xxviii ad Hieronymum: Beatus Cyprianus (inquit) non aliquid de creatum condens novum, sed Ecclesiae fidem firmissimam servans, ad corrigendos eos, qui putabant ante octavam diem nasci a-